

qui insinuantur *disc. 32. in relict. Curie*, hoc assumptum simpliciter admittitur, quod tamen magis illud deducenti, reflectendo ad veritatem, nimium periculosum videbatur, minuique tutum, ut in *cod. tit. de fideic. ad verit. disc. 84. n. 12. & 173. n. 2. & alibi*, quoniam si illud subsisteret, ita actum esset de fideicommissis post aliquem temporis tractum, & quando penes ultiores, ac mediatos successores iusta ignorantia allegari potest; Ideoque istud assumptum nunquam yd in praxi admitti, cum vere, ac proprie illud procedat in fideicommissis conservatorio, ac poenali ad excludendum delictum ob alienationem, ob quam praetendatur factum esse locum caducitatis, secus autem in fideicommissis retractorio, & ad reddendam perpetuam, & irretactabilem alienationem factam a gravato, adeo ut obliget successorem, ut illi acquiescere teneatur; Solumque isto casu admittendum videtur instar, & ex identitate rationis, illud aequitativum Iudicis arbitrii, quod *sub tit. de credit. & p. h. & alibi* consideratur super moderacione rigoris *text. in l. cred. arbitrio ff. de distrad. pign.* quando scilicet absque incommodo tertii possessoris, qui ratione ignorantiae, & bone fidei sit commiseratione dignus, possit fideicommissio esse bene consultum de eius reintegracione ex bonis gravati alienantis, dum in fideicommissarii successoris electione repositum est, vel bona alienata vendicare, vel ad pretium contra alienantem agere ex deductis *praescriptum disc. 173. de fideic.* quia nempe non interfit magis recuperare bona, quam habere dictam reintegracionem in pretio, ubi quod magis expedit agere contra alienantem, secus autem si interfit quia nempe agatur de bonis, super quorum conservacione verisimilis testatoris voluntas, vel desiderium assistat.

Major itaque penae omnimoda disputatio fuit super impugnacione huius alienationis ex altera persona haereditis alienantis, qui viventi eadem impugnacio compereret ab nullitate resolutam a Statuto loci continente decreto annullatum cum enervacione indirecta juramenti, vel directa valida ratione confirmacionis Apostolicae juxta frequenter superius insinuatam, cum in hoc Principatu obistorum statutorum frequentem usum hujusmodi impugnacionis alienationum factarum per minores, vel mulieres frequentissimae cernatur.

Defectus autem non deducebatur ratione solemnitatium materialium consentium in decreto Iudicis, & interven- Curatoris, vel proximorum, cum ista essent adhibita, sed deducebatur ratione causae simpliciter. Primo, quia juxta quamdam peritorum aestimationem istud aedificium supponebatur magni valoris futurum novem millium circiter, ideoque male alienatum a minore pro secus bis mille, & sexcentum; Secundo, quod servata non esset forma *text. in leg. magis puto. §. ne tamen. ff. de reb. eorum. & c.* Et ex pretio sequatur aeri alieni dissolutio, quod in praesenti sequutum non erat, dum emptor in se accolaverat censum; Et tertio, quod debebant prius distrahi mobilia, aliaque bona minus pretiosa, non autem aedificium adeo in loco conspicuum, quod expedit ab conservare.

His tamen non obstantibus, ut praemisum, est injustam dicebam praesentationem, qualem Rota censuit; Quatenus enim pertinet ad primum defectum notabilis laesionis in pretio, qui mihi videbatur majori consideratione dignus quatenus in facto subsisteret, cum revera in hac materia aestimanda sint ea motiva, quae consistunt in facto magis, quam ea, quae proveniunt a formalitatibus, ac superfluousibus juris, illud ex eodem facto tollabatur, quoniam ultra exceptiones, quae per causam Patronum ex hac parte dabantur adversus relationem Peritorum, quod non essent legitima, & servatis servandis facta, quodque contrariae adesse probationes itatus ruinosi, & inutilis dicti aedificii longe minoris valoris; Advertebam posse simul stare, quod dicti Periti dicerent verum, & tamen, quod venditio pro justo pretio, ac utiliter facta esset; Siquidem admissa etiam pro vera dicta peritorum relatione, quod aestimando sumptum aedificii secundum regulas eorum artis in hoc adhiberi solitas, ut advertitur *disc. 24. de empt. & vendit. & disc. 33. de judic.* ad dictam, ac majorem summam ascenderet, non tamen exinde inferri poterat, quod tanti valerent, quoniam in hujusmodi praesertim parvis, vel mediocribus Civitatibus & locis, in quibus non verificatur illa ratio, quae consideratur in Urbe, aliisque magnis, & Metropolitanis Civitatibus, Urbana aedificia, quae cum aliqua magnificentia constructantur, habere videntur speciem illorum aedificiorum, quae constructantur in Villis, ac viridariis quoniam principaliter deserviunt ad oblectamentum, seu commoditatem magisque honorificam propriam habitationem; non au-

tem ad fructum & utilitatem cum pensioibus ex eorum locatione obtinerendis, eo modo, quo in dictis magnis, & Metropolitanis Civitatibus sequitur; Quinimo etiam in istis, cum sua proportione, quando agitur de palatiis, & aedificiis nimium sumptuosus, & conspicuis intrat eadem consideratio, quoniam pleraque adfunt palatia adeo magno sumptu constructa, ut seclusa ratione decoris, & magnae entiae, attentisque regulis oeconomiae, & arithmeticis habitari dicantur cum annua pensionis scutorum respectiva decem, & quindecim immo viginti mille scutorum, cum tamen si eadem palatia exponantur conducticia vix inveniatur pensio scutorum mille, vel respectiva mille, & quingentum, & parum plus; Idemque circa pretium in sorte; quoniam si exponatur venalia, vix inveniatur quinta pars, & minus ejus, quod erogatum fuit; Et per consequens intrat regula; quod res tanti valet, quanti communi aestimatione vendi potest, atque emptorem inveniat, quoties ad hunc effectum agit regulandi laesionem in jam facta alienatione, vel in illa faciendi, quoties cum facere expedit; Atque si haec procedunt in aedificiis jam perfectis, & habitabilibus, adeo ut aliqua, etsi comparativa modica, utilitas percipiatur, multo magis ubi agatur de aedificio imperfecto, & inhabitabili, ideoque prosus inutili.

Quo vero ad secundum obiectum, quod juxta regulam *10. text. in l. lex quae vires. C. de admitt. cum concordantibus*, distrahi prius debeant bona mobilia, & de momenta aliaque etiam stabilia minus considerabilia, dupliciter respondebam: Primo nempe ex facto, quod scilicet per actores impugnantes actum, & quibus incumbat onus probandi illam qualitatem, quae erat suae impugnacionis fundamentum juxta distinctionem, de qua *disc. 25. de legat. & de erad. & alibi*, non docebatur de hujusmodi bonorum existentia, quam inverisimilem esse advertebam, cum testator de tempore mortis in tali facta constitutus erat, ac vivebat, quod cogebatur tenere summas adeo notabiles sub gravibus usuris, & intersurris, quod utique praesupponendo illum virum prudentem, & non autem itulium vel amentem, sequutum non esset, si pecunias, & mobilia promptae venditionis habuisset.

Et secundo, quoniam dictum ordo adhibendus venit, quando pupilli, vel minoris, vel alterius, qui liberam suorum bonorum dispositionem, ac administrationem non habebat, ita interfit, quia nempe agatur de praediis rusticis, vel urbanis, quae tam ratione utilitatis, quam ratione decoris, & honorificentiae habere expedit, ut exemplariter solet in antiqua dono habitationis destinata, in qua majorem imaginis habeantur, five alia nobilitatis, & antiquitatis signa, & documenta, cum similibus circumstantiis, juxta locorum, ac personarum, & divinarum qualitates merendis, Ideoque iustitiae species videatur in hoc procedere cum regulis generalibus, vel cum doctrinis, & auctoritatibus, quae diversis percipiunt casus juxta commune pragmaticorum vitium, five ineptiam; Haec autem consideratio in praesenti non intrabat, dum agebatur de quodam novo aedificio incepto, & non perfecto, ideoque inhabitabili, ac inutili, quod non solum in possessoris, vel ejus majoris, qui illud inceperat, decore, & utilitatem non tendit, sed potius operatur oppositum, ejusque imprudenciam comprobatur, & redarguit juxta parabolam Evangelicam de eo, qui cavebat aedificare, & non potuit consummare; Atque hinc advertebam, quod ita hic minor duplici premebatur onere, uno scilicet istorum centuum, aliorumque debitorum in gravibus usuris, & intersurris, & altero notabilis sumptus necessarii ad ejusdem aedificii perfectionem, quae sequuta aliam utilitatem non reportasset, nisi illam splendidiorem, & commodioris habitationis, quae sine magnis divitiis est potius in ludibrio.

Demum, quoad tertium obiectum dicebam, quod cum istud non proveniat a Statuto, cuius forma adimpleta erat, sed proveniat a dispositione juris Civilis, istius dispositio cessabat per juramentum ad vulgares *text. in auth. Sacramenta puer. C. si adversus vendit. & in cap. cum contingat de jur. jur. & cap. per vestras de donat. inter vir. & uxor. a quo sequitur hoc cod. tit. & alibi* advertitur, & praesertim *disc. 143. de dotat.* In hoc etenim differunt ea, quae requiruntur ex dispositione Juris communis civilis, & ea, quae requiruntur per statuta, quod ista pro frequentiori contingencia, vel tollunt juramentum expressum, & directum in vultu Apostolicae auctoritatis, & confirmacionis, vel illud tollunt indirecte, praesumendo vitium naturale, ut locis citatis advertitur, quod juri communi non adaptatur.

Praeterea dispositio *disc. 1. in magis puto. §. ne tamen*, pariter discreti pro facti qualitate intelligenda venit, adeo ut

intret idem, qui supra insinuat error procedendi cum generalitatibus dum principaliter inficit debet ratio, cui ejus dispositio innixa est, ne scilicet sequatur inconveniens, ut minor privatus remaneat re, & pretio, quia minus idoneo emptori habitus de eo fidei, alienatio fiat; Secus autem ubi adimpleatur finis, adeo ut ejus indemnitas remaneat bene consistunt, ut in praesenti ex facti qualitate sequeretur, atque doceat eventus per tempus adeo diuturnum annor. 40. juxta consideraciones, de quibus *disc. 40. de judic.* occasione agendi de requisito subfalsacionis bonorum debitoris, ut praesenti pecunia fieri debeat; Quandoque etenim, immo frequenter ejus, cujus bona distrahebantur, interest procedi per hanc viam accollationis, vel honestae dilacionis, quoties de emptore idoneo, & tuto agatur, ut ita facilis inveniantur oblatores in majori numero, ex quo provenit augmentum pretii, dum difficilis extra magnas Metropolitanas, vel nimium divites, & Mercantiles Civitates, ac emporia invenitur copia oblatorum cum integra pecunia numerata, quando agatur de pretio notabili.

13 Deducebam quoque ego, & alii pro hac parte Scribentes supra insinuatum motivum, quod etiam emptor esset minor, ideoque ageretur inter aequi privilegatos, illudque praesertim in prima decisione nimium consideratur; Verum reflectendo ad veritatem, capiendum illud solum, & de per se non videbatur considerabile, cum verius, magisque receptum sit, ut regula conquisitionis privilegiorum in hoc non intret, ut frequenter in praecedentibus *hoc cod. tit.* advertitur; Bene tamen ista circumstantia est consideratione digna, ut cum aliis, ut supra conjungatur ad excludendum solum, & machinationem ex parte illius, qui cum minore contrahit, ut ita magis praesumptio bonae fidei intret, ut in praesenti stantibus praemissis, ista consideratio recte intrabat.

14 Alia quoque consideracione attendenda, quod ille, qui alienationem fecerat, quamvis attendita dispositione juris communis, cum qua in hac parte in loco vivitur, dicendus esset minor, utpote intra aetatem annorum 25. attamen erit in tali aetate constitutus, quod juxta magis frequentem usum, & leges particulares Italiae, censendus esset major, utpote supra viginti, adeo ut in hac parte verificari dicatur una ex propositis irrationabilibus Juristarum ineptiis, ut in perisque locis advertitur, magis vero *hoc cod. tit.* in opere Italici idiotamatis; Ac etiam, quod idem, qui alienationem fecit, major factus, ac diu supervivens, vir providus, & prudens, actum non impugnavit, ideoque gesserunt parentes actorum cum silentio adeo diuturno annorum 40. atque cum istis consideracionibus simul jurgendis potius, quam cum aliquibus superfluitiosis formalitatibus, in hac materia procedendum videtur ut pluries in praecedentibus advertitur.

EUGUBINA CENSUS PRO CAMILLA BARZIA DE MARCOLINIS CUM CONVENTINIS.

Causa disputata coram A. C. resoluta pro Conventinis, & pendente in Rota.

An minor absque solemnitatibus statutariis valide se obliget, & contra hat ratione alicujus officii, vel publice administrationis, & praesertim ex causa.

SUMMARIUM.

- 1** Falsi series.
- 2** De stylo Signatura.
- 3** Minor valide se obligat in causam publicam.
- 4** Minor deputatus a Principe ad excoecandum publicum minus dicitur habitatus.
- 5** Quod iudicium Advocatorum solet esse suspensum.
- 6** Minor est incapax publicorum officiorum.
- 7** Legatus Apostolicus non derogat, neque dispensat juri communi.
- 8** Conclusio, de qua n. 4. procedit scientia.
- 9** Declaratum conclusio, de qua n. 3.
- 10** Ut privilegium causa suffragetur cori divori debet credi in eandem causam, & non alias.
- 11** Quod excusetur, qui contrahit cum illo, qui publice officium exercet.
- 12** De minori aetate abbreviata.
- 13** De obligatione Annoniarum.
- 14** Obligatio minoris una cum pluribus maribus valida est.

15 Ob rationem publici favoris non curatur damnum privatum.

16 Quando annonario damnificato consultum sit adversus Civitatem, vel alios Civis sive officiales.

D I S C. LVIII.

Disponente Eugubina Civitatis Statuto, ut singulis 1 annis de mense Maii, quatuor idonei, ac discreti Civis nominari debeant Duci Urbini tunc Domino, qui eos praeciar administracioni annorae, ejusdemque Statuti usi continuare post devolucionem, adeo ut pluries insinuatis praesertim *disc. 2. de donat. Legatus Apostolicus* explicet partes Ducis; Ita de an. 1646. sequuta est deparatio quatuor administratorum, quorum unum fuit Constantius Barzianus constitutus in aetate annorum decem, & octo; Cumque ex determinationibus Congreg. boni Regiminis relatis per Cohel. ad Bull. boni regim. s. 21. n. 7. atque ut supponebatur etiam ex particulari consuetudine Civitatis hujusmodi annonarii officiales Abundantierii nuncupati, debeant opportuno tempore provisionem facere de frumento, accipiendo sub propria obligacione pecunias ad interesse ex distributione panis mutuantiibus restituendas juxta illam annonae oeconomicae administrationem, de qua *disc. praecedenti, & sub tit. de Regal. disc. 44. 45. & 125.* Idcirco alter ex eis nempe Sebastianus Marinus de mense Augusti super ejus praedio, tam ut abundantierii quoniam etiam privato nomine censum imposuit ad favorem illorum de Conventinis cum accessione, & obligacione in solidum aliorum trium in sorte scutor. 3000. qui per separatam instrumentum in continenti in eodem loco coram eisdem Notorio, & testibus, nulla tamen praesentia creditorum facta mentione, consignati fuerunt alteri Administratori, qui Depositarius, vel Caspiterius nuncupatus, se obligavit reddere rationem, ac relevare indemnis istos Abundantierios, inter se eandem revelacionis promissionem facientes pro censualiter rata; Cum itaque ob deficientiam d. Caspiterii, & modicam idoneitatem aliorum trium, creditores pro fructibus census in vim obligacionis insolvidum, agerent coram A. C. contra Camillam haereditem praefati Constantii jam defuncti, excipientem de nullitate dictae obligacionis contractae per minorem sub matre Curatrice adhuc viventem, non servata forma statuti, & Aegidiana Constitucionibus hinc post aliquas disputationes favore creditorum decreto fuit mandatum exequitivum, a quo per Signaturae Justitiae stylo enunciato *disc. 37. de judic. & disc. 31. in relatione Curiae* ob materiae ambiguitatem, cum clausula suspensiva, seu translativa *si quid exequendum*, commissa fuit causa appellacionis in Rota, ubi pendet.

In disputationibus itaque habitis, tam coram A. C. quam in Signatura, nulla cadebat ratio dubitandi super obligacionis invaliditate, quatenus illa fuisset in causam mere privatam propriam, vel alienam, dum Scribentes eam admitterebant, ideoque totus punctus consistebat in eo, quod obligatio contracta esset ex causa publica administracionis officii Civitatis, ideoque minori aetate non obstante valide contracta esset ex firmatis per Bal. Novell. & alios relatos per Canev. *variar. resol. part. 2. cap. 1. n. 46.*

Illam quoque assignando rationem, quod dum Cardinalis Legatus, qui Principis vices, vel per personam gerit, illum quamvis minorem praeficeret publico muneris, ita super defectu aetatis cum eo dispensaverit, atque ad omnia habilitaverit ex cumulatis per Magistrum *de Magistratibus lib. 2. cap. 5. n. 58. & seqq.*

Quamvis autem in eo disputationis calore, ut frequenter in Advocatis contingit, mihi pro Camilla rea conventa Scribenti, evideretur hujus obligacionis nullitas, unde de consequenti resultare clara injustitia decreti; Maturius tamen reflectendo ad veritatem, causa me tenet accipere, forteque magis inclinatem in diversum sensum pro ejusdem obligacionis validitate, & consequenter pro decreti justitia; Adhuc tamen expectabitur Rota: iudicium, quatenus a de consula concordia, controversiae finem non tribuat.

Scribendo itaque more Advocati, duas efformabam inspectione; Unam scilicet super invalida minoris deputacione, quodque propterea cessaret applicatio dictae conclusionis cum valida, & legitime deputacionis praesupposito praecedenti; Et alteram praesupposito quod deputatio esset valida super puncto, an ista obligacio dici possit contracta in causam publicam, & ratione officii.

Quatenus pertinet ad primum; Deducebam in primis defectum potestatis in praefato Cardinali Legato dispensandi

sancti legibus inhabilitantibus minores ad hujusmodi publica munera ad text. in l. Republicam ff. de muner. & honor. cum concord. per Suarez alleg. 12. Cohell. ad Bull. boni Regim. cap. 31. n. 8. & seqq. Concessio etenim veniæ ætatis dicitur de reservatis ipsi supremo Principi ex relatis per Ripoll. de Regal. c. 10. n. 4. & seqq. ideoque non competat Legato, quem non habere potestatem derogandi legibus communibus, vel etiam municipalibus haberentibus Apostolicam confirmationem firmatur per Rot. apud Bich. dec. 381. n. 26. & seqq. & alibi pluries; Atque in specie concessionis veniæ ætatis, & in individuo hujus Legati Status Urbini habitum in Urbinaten. sub tit. de donat. disc. 2. Sed reflectendo ad veritatem ab initio pro stylo Agentibus pro hac parte insinuatam, advertendum, quod istud erat fragile motivum ex eisdem rationibus insinuat. d. disc. de donat. quas superfluum est repetere, cum ibi commodè videri possint.

8. Solidius autem videbatur alterum motivum deficientis voluntatis; Quoniam dicta conclusio super simpliciter Principis dispensatione redè procedit cum præsupposito scientiæ, quod scilicet Princeps, vel alter superior sciret defectum ætatis, eoque non obstante minorem præfereret, cum ita implicita dispensatio inesse dicitur; Atque cum hoc præsupposito loquuntur omnes relati per Masfrill. ubi supra; Et per consequens cum de hoc non constaret, ad hujusmodi dispensationem habilitationem nullatenus inferri poterat, ista quoque esset motivum solidum, nisi obstarent aliæ consideraciones, de quibus infra.

Quoerend ad alteram inspectionem, an scilicet posita etiam valida & legitima deputacione, applicaretur, necne conclusio superius deducta, ut minor ætas non suffragetur in obligationibus ratione publicæ administrationis; Dicebam quod manifesta erat ejus fallacia in applicatione, quoniam quidquid sit de isto assumpto, quod acriter impugnat Rovit. dec. 69. n. 79. in casu occurrentia consensu, cum adhuc istam questionem formiter disputare, ac iudicium desuper efformare occasio non dederit, adhuc tamen quando id admittendum esset, redè procedit favore ipsius Civitatis, vel causæ publicæ, in iis, quæ officii, vel muneris administrationem concernunt, sive etiam in favore privatorum, qui muneris publicam fidem sequantur, puta quia ipsi annosæ, & quæ administratores frumentum vel pecunias directè crediderint, sive eas crediderint communitati, quæ ab ipsis annonariis debeat relevari, adeo ut exceptio minoris ætatis præjudicaret ipsi Civitati vel illis, qui ejus publicam fidem sequuti sint, quorum neutrum in factu verificari dicebam, quoniam creditores juxta instrumenti tenorem principaliter sequuti fuerunt fidem præfati Sebastiani impostoris, qui licet se enunciarerit etiam abundantius; Attamen super ejus proprio prædico, privato potius nomine censum imposuit, prout etiam privato nomine dicti alii tres pro eo fidejusserunt, non expressa causa publicæ annosæ, in quam accepta pecunia deservire deberet, adeo ut potuisset idem impostor census in propriis, & privatis usus illam erogare.

Et per consequens dicebam, quod intrarent ea quæ habentur deducta sub tit. de Credit. disc. 1. & seqq. super privilegio prioritatis, ut super subintracione in locum anterioris dimissi creditoris ut non intraret, nisi in illam causam creditum sit; Secus autem si pecunia liberè data fuerit in alios usus pro libito erogata fuerit, cum eam sequitur non sit creditor, sed potius privatus, unde eodem modo reportaret unon subiacenti legibus disponentibus de contractibus iniis cum Communitate ex deductis supra hoc eodem tit. disc. 25. Atque ex hoc præsertim motivo evidentem hujus Partis justitiam resultare dicebam cum creditor fidem publicam sequutus non esset, sed prius privatam.

Et ulterius advertendum, quod tunc dicta conclusio, intraret quando alias ipsa Communitas, vel ipsa annona publica præjudicata, vel damnificata remanere posset, quia nempe contra eam creditor actio competeret; Secus autem ubi agatur de mere privato interesse, quoniam ita credenti redè obijci potest, quod sibi imputet cur privato crediderit in minori ætate constituto, non adhibitis solemnitatibus statutaris, ob fraudem, quæ ita de facili committi potest cum supplantatione minoris, cuius indemnitati Judex, & proximiores consulere curassent cum cautelis adhibendis in hujus pecuniæ traditione alteri officiali facienda; Idque apud me magnam faciebat impressionem.

Verum è converso capiendò causam, non per partes, sed ut decet attendita tota facti serie, ipsaque substantia veritatis, atque ad istam reflectendo post jam refrigeratam ca-

lorem disputationum, probabilis videbatur, quod justè pro creditoribus decretum fuerit, ex pluribus, quorum aliqua fortè in mente Judicis non fuerunt, adeo ut quatenus ob cessantem idoneitatem depositarii, ac aliorum trium Collegarum, iste minor damnificatus remaneret, infortium magis id referendum esset, quam illi dolo, & circumventioni alterius contrahentis, quæ pro hujusmodi statuta præsumuntur, quando eorum forma non servetur ex adeo frequenter in præcedentibus deductis.

Primò nempe quoniam cum creditores viderent præfatum Constantium esse à Civitate electum, seu nominatum, & à Cardinali Legato approbatum, & deputatum, atque de facto publicè, & palam officium exercentem, redè opinati sunt, illum esse habilem, & idoneum, ita habilitatum, ac propterea à pari, quinimo, & fortius adaptari observabam ea, quæ de minore mercatore habentur supra disc. 34. Junctis in diem tam vulgari axiomate deducto ex textu in l. Barbarius ff. de offi. Præfati. Vigil. quàm aliis consideracionibus de quibus d. disc. 2. de donat. Et multò magis, quando in factu subsisteret præsupposita consuetudo, quod etiam minores ad hoc munus assumi consueverunt in ea ætate, quæ discretioni apta fit, ut est ista in anno decimo octavo, in quo pro majori parte Italie nempe in utriusque Siciliæ Regnis, & in plerique Civitatibus Hetruriz, & Lombardiz, aliarumque partium, compleri dicitur minor ætas, adeo ut quoddam legale iudicium vigere dicitur in aliis quibus Status Ecclesiastici Civitatibus, & locis, in quibus adhuc vivatur cum dispositione juris civilis super protracione ætatis usque ad annum vigesimam quintum juxta ponderaciones de quibus supra pluries, actiam sub tit. de dot. disc. 1. & 143. & alibi.

Secundò in idem statibus enunciatis provisionibus Congregationis Boni Regiminis obligantibus hujusmodi Annonariis ad se obligandum de proprio, & in solidum; Ac propterea dicendum veniat actus necessarius in executionem eorum, quæ à superioribus demandata sunt, istudque propriè, ac principaliter fuit motivum Judicis.

Tertiò observabam ad paritatem ea, quæ incidenter insinuantur in Miscellan. Ecclesiasticis disc. 8. occasione agendi de puncto percutiente materiam Ecclesiasticæ immunitatis, ibi congruè collocato, an scilicet defectus, qui resultat à Statuto laicali, allegari possit contra Clericum in foro Ecclesiastico, quod scilicet non agatur de contractu inito cum solo minore jure singulari, adeo ut cadere valeat ratio doli præsumpti, ac præsumptæ circumventionis, sed potius de actu communitati vo, seu collegiati vo, gesto eodem tempore per quatuor alios majores, ac diligentes, & providos patresfamilias, quales ob hanc præfaturam à Publico factam præsumendi sunt.

Et quartò apud me fortiter ex eadem prudentiali ratione publici boni deducta disc. præcedenti; Ac propterea ob illam prælationem, quæ publicæ utilitati, & publico favore adversus privatam dampnum tribuenda est, recedendo etiam ab ordinariis regulis juris, videtur quod in subiecta materia nullatenus procedi debeat cum illis leguleicis superstitionibus, vel judaïsmis, quæ super hujusmodi Statutorum observantia habentur pluries supra, quoniam cum ad hunc effectum notabilis pecuniaria quantitas necessaria sit, illaque prompta, & de facili reperibilis ob provisiones tritici, quas oportuno tempore facere oportet, adeo ut sit materia, quas desiderat celeritatem, atque ex mora patiatur præjudicium irreparabile, hinc proinde publicæ utilitati nimium præjudiciale esset pro aliis futuris temporibus, ut credentes hujusmodi annonariis, ita ob legales rigores elusi, ac damnificati remaneret, quoniam in futurum, non de facili mutuantes pecuniam invenirentur; Istaque præsertim consideratio apud me erat magni ponderis quoad creditores, & ad effectum præfatis questionis.

Pro hujus minoris autem, vel ejus hæredis indemnitate in toto, vel in parte aliqua ponderabam; Primò nempe (quamvis super eis maturum non efformaverim iudicium, 16) cum id absque disputationis trutina non de facili bene sequatur) quatenus alii tres annonarii essent idonei, adeo ut jactura hujus pecuniæ proveniret ex dissipacione Depositarii, seu Caplerii, qui habuit actualiorem administrationem minus idonei detecti, an scilicet huiusmodi minori ultra beneficium divisionis, quod inter corcos, ab ipso dubio intrat tam ex dispositione juris, quàm ex obligatione expressa etiam pro damno in propria virili competeret actio refectionis damnorum & interesse contra eisdem Collegas majores, qui quamdam speciem Curatorum hujus minoris, ita gerere viderentur ob diligentiam in hac administratione non

non adhibitas, ut huic damno occurreretur.

Secundò an eadem actio minoris ex quodam Judicis officio concedenda esset adversus illos Decuriones, vel Consiliarios, qui præfatum Depositarium, seu Caplerium minus fidelem, minusque idoneum elegerint ex dispositione, vel ratione textus in l. fin. c. de Magistrat. conventum. Sive ad instar illius actionis, quæ competit Baronibus in Regno Neapolitano adversus Communitates, vel eorum Administratores nominantes Ararium minus idoneum, cum similibus.

Et tertio advertendum reflecti debere ad hujus jacturæ causam, an scilicet ea tota proveniret à culpa, & à dissipacionibus præfati Caplerii actualis administratoris, vel potius ex eo quod pro publica annona, & pauperum levamine panis distributus fuerit pro minori pretio, quàm tritici valor, aliæque impensæ importarent juxta ponderaciones de quibus in supra allegatis disc. 44. & 45. de Regalibus; Aut quod illud proveniret ex decoctione, & inexigibilitate Pistorum, sive R venditorum panis, aliorumque Ministrorum, sive ex corruptione tritici, ac similibus accidentibus de quibus etiam d. disc. 45. de Regalibus. In istis enim vel similibus casibus, quibus eadem congruat ratio, redè intrant ea, quæ habentur supra disc. præcedenti; Ac etiam disc. 148. & 167. de Regalibus, ut scilicet illud dampnum, quod ex publica causa, quæ omnes tangit, obveniret, per omnes cum collectis, & contributionibus refici debeat, & fortè cum his diligentius advertendum quod posset saltem in parte consuli indemnitati.

PARMEN. PRÆDII, PRO HORATIO VIOLA CUM VILLANIS.

Responsum ad causam extra Curiam cum resolutione favorabilis.

An solemnitates statutaris requisitæ in contractibus Minorum, & Mulierum, & similibus, desiderandæ sint in illis contractibus, qui per hujusmodi personas prohibitas fiant, non singulariter, sed conjunctim cum aliis majoribus, & habilibus; Et generaliter de regulatione hujus materiæ solemnitate in contractibus mulierum, & similibus personarum.

S U M M A R I U M.

1. Ad istas series.
2. An solemnitates Statutaris requirantur in contractibus inito cum exempto à Statuto.
3. Quomodo ista materia regulari debeat.
4. Mulieres de jure non privilegiatæ.
5. De ratione quibus innixa sunt Statuta, & quomodo præficari debeant.
6. Non habent locum in contractibus inito cum aliis majoribus interessatis.
7. Tutor bene agit gerendo negotia pupilli, ut propria.
8. Privilegium t. unic. quando non habeat locum.
9. De eodem, de quo nu. 3. & 5.
10. De alio casu.
11. Quando causa vaga pro indigentis sufficiat, nec ne.
12. De differentia impugnationis actus ab ipso principali, vel ab hærede.
13. Quando nullitas allegatur à successore, vel tertio.
14. De alio casu.
15. An actus extra locum statuti bene subsigantur.
16. De Mundualdo in Regno Neapolitano.

D I S C. L I X.

PRæsupposita facti serie de qua in Miscellan. Ecclesiast. disc. 8. Agentibus in Curia Episcopali Patmæ contra Horatium Clericum possessorem ad vendicionem partis cuiusdam prædii hæredibus mulieris alienatis ob non servatam formam illorum statutorum, seu decretorum Ducalium; Duo deducebam fundamenta scribens pro Horatio Reo convento ad cuius favorem prodiit sententia absolutoria; Primò nempe ejus exemptionis ab illis statutis, vel decretis laicalibus; Et secundò quod non versaremur in casu, de quo eadem statuta, vel decreta disponunt; Atque de primo agitur d. disc. 7. ut potè cadente sub materia Ecclesiasticæ Immunitatis; Quamvis fortè illud magis arderet Judici, qui doctus quidem, & studiosus, sed moderni

currentis styli cultor, non acquiescendò rationibus absque auctoritatibus cum summo labore curavit super deductis à me in forma dicuriva invenire auctoritatem Sperelli. de off. 100. de qua summè lætatur est, eique magis acquievit, pro currenti, irrisione quidem digna, sed ratione vius excusabili simplicitate, quod quasi nisi modernus Docteur seu legislator id expressisset, non adesset lex, quod non ineptus; Attamen mihi reflectenti ad veritatem, ob circumstantias facti, quæ debent esse hujus materiæ regularitatis, magis placuit alterum, quoniam circa primum urgent consideraciones de quibus eodem disc. 8.

Quatenus itaque ad secundum punctum pertinet, ibidem quoque breviter insinuatam remissivè ad hunc titulum; Dicebam idem quod frequenter, sed semper oportune hoc eodem titulo super ista materia advertitur, quod scilicet 3 erroneum sit judaico more, literæ legum insistere, atque auctoritates, quæ desuper habentur, quibuscumque casibus applicare, cum verius reflectendum sit ad rationem, cui tales leges innituntur; Atque ex ea iudicium regulari debeat.

Siquidem juxta commuonem Romanorum, excepto casu Vellejani, & altero, l. Julia de fund. dot. nullam constituit differentiam inter masculos, & feminas in aliquibus partiorum induxit solum privilegium, quod resultat à minori ætate, deindeque juxta canonum etiam prædictos Vellejanis, & l. Julia exceptuatos casus penè abolevit ratione iuramenti quod in utroque sexu, ipso etiam novissimo jure civili assistente, privilegium minoris ætatis quoque sustulisse videtur; Sed quoniam experientia docebat, quod id fraudibus, & circumventionibus magnum præberet aditum ratione minoris ætatis, considerando potissimè id quod pluries in antecedentibus advertitur circa iuramentum, quod scilicet illud redactum videtur ad nudam formalitatem, & ad clausulam solitam apponi de stylo Notariorum; Hinc prudenter quidem, ac laudabiliter, per leges municipales deluper provisum est, cum assistentia Judicis, & propinquorum, ut ita imbecillitas vel imperfectio suppleretur, atque fraudibus, & circumventionibus occurreretur; Et per consequens id intelligendum venit ad limites dictæ rationis tam pro invaliditate, quàm pro validitate, respiciendo principaliter ad causam magis, quàm ad formalitatem solemnitatum, eodem modo quo in materia alienationis bonorum Ecclesiæ habemus ex insinuat. sup. disc. 1. & seqq. & alibi.

Nil etenim refert quod Judex, & conjuncti interveniant, si desit causa, ac propterea corum interventus meram ceremoniam vel formalitatem redoleat, ut frequens praxis docet, adeo ut ex alibi supra insinuat, hujusmodi leges, quæ inducuntur ad favorem, potius in odium, & gravamen resolvantur, quia nempe gravantur tam mulieres, quàm minores ad quandam speciem gabelle, cui majores, & alii non privilegiati non subiacent cum solutione emolumentorum Judici, & quandoque illis, qui cum formalitate irrisione digna, assumunt munus Curatorum, & pro ipsis Curatoribus fidejudent, cum tamen nunquam praxis docet hujusmodi Curatorum; eorumque fidejutorum condemnationem aliquam; Et è converso si verè adimplerit finis legis, quia nempe contractus attentio ejus tempore sincerè, & in bona fide initus sit, adeo ut intervenus Judicis, & proximiorum illum non impediisset, atque prudenti, ac diligenti patrifamilias congruat, tunc utique irrationabile judaïsmum remanet adeo insistere in formalitate literæ; Idque in eorumdem privilegiatorum dampnum, ac præjudicium potius redundat ita resultante effectu opposito intentioni legis ob majorem commercii difficultatem, ac propterea malum non consistit in legibus, sed in irrationalibus, ac ineptis earum praxi, & intelligentia.

Applicando itaque ad rem; Cum ista mulier alienati prædii controversè possideret pro communi solum octavam partem, aliæ verò septem ab aliis possiderentur, tres scilicet per ejus Patrem, & fratres omnes majores, & quatuor per locum pium habentem nobiles, ac probos, & prudentes administratores, à quibus omnibus conjunctim tanquam in negotio communi vel sociali ad coequali commodum alienatio facta fuit; Hinc proinde, etiam in sensu veritatis, dicebam profus irracionabile videri, ut in invalidis consensus esset actus ob non servatas solemnitates, cum Judex, & conjuncti, vel Curator qui pro formalitate adhibiti essent ut potè alienum gerentes negotium, nullumque habentes interesse proprium non potuissent magis mulieris indemnitati consulere, quàm facerent isti, qui in isto contractu cum muliere, quàm facerent isti, qui in isto contractu cum muliere intervenerant; Ideoque legis intelligenda sunt in spiritu, non autem in litera juxta monitum Apostoli,

foli, quod littera decidit, spiritus autem vivificat.
 7 Ad id autem probandum duo à simili ponderabam; Primo nempe ea quæ habemus in tutoribus, & curatoribus pupillorum, ac minorum, ut bene funt officium explere dicantur, quando, circa fraudem, & collusionem tractant negotia pupillorum, & minorum eodem modo quo propria, tum non possit pupillus vel minor conquiri de ejus administratione, quod tractaverit ipsum sicut seipsum, dum ita adimpletur finis legis.

8 Et secundo ponderabam ea quæ habentur in materia privilegiæ Linc. C. quando Imper. Et. ac favore pupillorum & viduarum &c. aliorumque miserabilium, ut non intrat quando communitativo seu collegiativo jure id sequatur ex deductis per Seacc. de appell. p. 7. n. 140. & plene Vallat. de priv. l. miserabil. per sonar. p. 2. q. 10. n. 13. cum seqq.

Super hoc secundo simili Scribes in contrarium longas assumentes disputationes ex deductis per Novar. de elect. for. sect. 3. q. 1. super questione an cesset privilegium contra privilegium vel e contra, sed replicabam id continere laborem merè inanem, atque à casu questionis extraneum, quoniam necessitas solemniter introducta per hujusmodi leges municipales in minoribus, & mulieribus ac aliis de iudicii imbecillitate suspectis, non est ratione privilegiativa, adeoq; inrent ea quæ habemus in materia privilegiorum, sed est ad certum finem, & effectum quo impleto, de formalitate mediolum non est curandum ob cessantem rationem, ob quam à simili, & fortius ea quæ sunt privilegia cessant, & sic ratione similitudinis, non autem ut de ipsa assimilata materia principaliter agendum sit, atque in hoc pariter dignifici solet nostrorum simplicitas assumendi formiter, & ex professo ea quæ incidenter à simili deduci solent, sive attendendo in ipso casu assimilato quando de eo principaliter agi contingat, id quod ita incidenter ad alium effectum consideretur.

Retenta itaque ista regula quæ teneri debet, super præxi, & intelligentia hujusmodi legum in spiritu principali, non autem in litera, reflectendo scilicet ad rationem sive ad finem vel effectum ab ipsis legibus consideratum, magis quam ad nudas formalitates, frequenter cum hoc themate, quandoque pro validitate, & quandoque pro invaliditate respondere consuevi, inculcando evidentiam erroris procedendi cum generalitatibus in quibuscumque casibus, & non reflectendo ad singulorum particulares, ac diversas circumstantias, ex quibus revera decisio regulanda est, atque facti potius quam juris istæ quæstiones dicendæ sunt.

10 Ut præsertim in una Romana census disputa in Tribunali A.C. pro Joanne Bartolo cum Joanne Canoro hærede Augustine de Pennis vidue, quæ de mensæ Maii 1657. sub assertione indigentis tam pro refectione ejus domus quæ ruinam minabatur, quam pro dissolvendo are alieno, quo præmebatur, tam cum Furnario ratione panis, quam cum his qui diversas pecuniarum summas in proxima calamitate peris mutaverant, census ad favorem Joannis super ejus domo imposuit, adhibitis solemnitatibus statutariis, atque in contractibus observantia donec vixit perseveravit cum solutione fructuum, ac etiam cum tractatu vendendi domum, ut sortem restitueret, idem quoque iniungendo hæredi in testamento, occasione cuiusdam periculose infirmitatis conditio, quamvis supervivens alium condiderit testamentum cum quo obijt, nulla contrariæ voluntatis declaratione facta; Idemque sequutum est in primo hærede, quo defectu secundus hæres contractum impugnavit ex defectu causæ utpote vagæ, & generalis pro debitis, & indigentis ad speciem non deducendo quasi quod ita de facili fieri possit frata statuto, ideoque non reputetur causa sufficiens iuxta firmata apud Merl. dec. 71.4. n. 35. cum qua tanquam magistralli sæpius in aliis procedi consuevit ut pluries in præcedentibus advertitur.

11 Quare introducta causa coram A.C. scribens pro Creditore non negavam veritatem dicti assumpti in casu suo, quando scilicet facti circumstantiæ doceant quod ista causa ita generaliter expressa nullum habeat veritatis aut verisimilitudinis fomentum, adeoq; congrua ratio, cui conclusio iniuxta est, secus autem e converso, ut in præsentibus, quoniam ob omnibus notas calamitates, longaque majores expensas, & indigentias in peste crastante, nimium verisimile, & quodammodo certum videbatur, ut illa rata quæ istam habebat causam, in eam verè cederet, ac propterea intrat consuetus verè damnandus error procedendi cum generalitatibus vel indefinite in quibuscumq; aliis casibus applicandi illas decisiones, & auctoritates quæ super diversis casibus prodierint absque debita circumstantiarum combinatione.

Præterea, tam in supradicta causa Parmen. quam in ista, & in plerisque aliis advertebam, ad alium magis clarum errorem Pragmaticorum, non distinguendi casum in quo ipsa mulier, vel alter privilegiiat impugnet actum à se ipso initum; Et casum in quo ipsa in vita non impugnavit, fortius, verò faciente actus positivos super ejus observantia, impugnavit fiat per hæredem vel alium successorem quoties præsertim in validitas non habeat clarum, ac certum defectum causæ, quæ verè falsa vel erronea detegatur, adeoq; ad sit possibilitas veritatis, & sinceritatis; Quoniam tunc prolixius iniquum, ac irrationabile viderit, naturali etiam juri contrarium, ut hæres, vel alter successor ad lucrum, & locupletationem cum damno ejus qui bona fide defuncto creditit, impugnare debeat illum actum, quem ipse principalis contrahens conficiens veritatis impugnavit ausus non est, quinimo cum observantia agnovit verum, & validum, & cuius anima potest ita gravari, quo nil absurdius, & irrationabilius.

13 Ideoque vera quidem dicenda est regula de qua pluries in præcedentibus, ac etiam sub tit. de dote, & alibi, quod nullitas actus, ubi præsertim ea sit ipso jure ob decretum annullativum statuti vel alterius legis, fit allegabilis ab hærede, & successore, quinimo etiam à tertio iuxta receptam distinctionem inter nullitatem ipso jure, & alteram ope exceptionis sed quod discretè pro facti qualitate intelligi, & practitari debeat, quando scilicet nullitas non proveniat à solo defectu formalitatum, ac superflitionum legalium, sed fit intrinseca, idest quod defectus consistat in falsitate vel erroneitate causæ, adeoq; ad adversus alterum contrahentem ratio cum hujusmodi leges iniuxta sunt; Secus autem ubi incertum sit, an & quomodo veritas se habeat, adeoq; ejus possibilitas vigeat, fortius autem ubi indicia vel argumenta ex facto principali informati desumpta, ipsi veritati potius assilant, quoniam tunc clarus error videtur dictam conclusionem prædicare, quoties principalis silentium vel observantia ex alterius contrahentis calliditate vel ex alio vitio non proveniat, ita, ut præmissum est, intelligendo leges in spiritu, non autem in litera.

In eodem proposito alienationum vel contractuum gestorum per mulieres in una Romana seu Recatina donationis consultus fui ex parte cuiusdam Margheritæ de Pixolo super validitate donationis nisi factæ per Annam forem, quæ originaria dicti loci Provincie Aputinae Regni Neapolitani nata in Urbis districu, atque nupta in eadem Urbe à Viro discedens, ad dictam patriam originariam se contulit, convivendo cum forem animo permanendi, unde post aliquorum annorum decursum ei donationem fecit, quæ per eisdem Annæ hæredem ex duplici capite impugnabatur; Primo nempe ob non servatas solemnitates generaliter demandatas à statuto Urbis 151. in omnibus contractibus mulierum, & specialiter in contractibus donationis per statuta 149. & 150. Et secundò, quia Mundualis mulieris fuisse interessatus tanquam vir donataria.

15 Primam speciem invaliditatis nullatenus subsistere dixi, cum ex facti circumstantiis mihi præsuppositis pateret accessum extra distinctum Urbis non fuisse affectatum, & fraudolentum ad elidendam statutorum dispositionem, seu sincerum, & ad aliud finem, ac propterea in actu gesto extra districtum servare non oportuit dictas solemnitates iuxta distinctionem de qua disc. 34. de donat. & alibi.

16 Et quoad alterum Mundualis, dicebam quod iste intervenit in contractibus mulierum in aliquibus Neapolitani Regni Provincie adhuc pro antiquo Notariorum formulario sequi solet ex quadam consuetudine derivante à jure Longobardorum, quod antiquius in eo Regno erat juxta commune ex infirmatis disc. 1. de servit. & alibi, ejusque reliquæ in aliquibus provinciis vel locis adhuc vident ut præsertim in Civitate, & Provincia Barenis, de cujus consuetudinibus pluries mentio habetur, & præsertim sub tit. de dote disc. 104. & 105. & sub tit. de hæred. disc. 23. & alibi, sed hujusmodi solemnitates derivantes à legibus communibus, & particularibus suppletæ remanent aer juramentum ad vulgares textus in cap. cum contingat, de jur. jur. & c. per vestras de donat. vir. & uxore, & præsertim contingit in fortiori casu l. Julia de fund. dot. & similibus; Ac propterea in eo Regno actus jurati mulierum aliam non patiuntur infractionem, nisi quando cadant in pragmatica 1. ad Vellejan. quæ præsumit juramentum dolo, & metu extortum, ideoque ad est indirecta juramentum dolo, & metu extortum; Vel ubi sequatur ipotatio iuxta terminos generales.

ANCONITANA PECUNIARIA:
 PRO SEPILLIS HEBRÆIS
 CUM ILLIS DE RASINA.

Casus disputatus in Tribunali A. C. resolutus pro
 Michaelæ Rafina.

An minores Hebræi negotiatores in eorum contractibus adhiberi debeant solemnitates statutarias, necne; Et de probatione ætatis Judæorum quando fiat.

S U M M A R I U M.

- 1 **F**acti series.
- 2 Minor mercator habetur pro majore.
- 3 De Statuto Anconitano circa minorem ætatem.
- 4 Judæi vivunt cum statutis locorum.
- 5 Non sunt testes contra Christianos.
- 6 Minor habens interese admittitur cum aliis non est privilegiatus.
- 7 Quod in negotiis mercantilibus non attendatur regulæ procedentes in negotiis privatis.
- 8 Declaratur statutum de quo nu. 3. & de ratione ob quam mercatores, in breviori ætate reputantur apti.
- 9 De eodem de quo n. 2.
- 10 Ad quid consideranda veniat qualitas judicis.
- 11 Quomodo occurratur fraudibus in minore mercatore.
- 12 De probatione ætatis.
- 13 De conclusione de qua n. 5.
- 14 De variate ingeniorum, & quare liceat deducere motiva etiam irreverentia.

D I S C. LX.

1 **C**um Moyse Sepillus Hebræus in Civitate Anconæ emisset à Michaelæ de Rafina negotiatore Rossanense volumina quatuorcentum, & ultra pellium pro pretio futurum bis mille quingentorum circiter, in quorum computum dare convenit quandam cedulam seu negotiativam apodissam alterius Hebræi negotiatoris in portibus orientabilibus; Ad aliquos dies Salamon, Raphael, & Joseph ejusdem Moyse fratres, qui ætatem viginti annorum adhuc non compleverat, se tamen majores, & complementarios rationis quondam Emanuelis communis patris, per instrumentum se obligarunt ad solutionem summæ in prædicta cedula fore apodissa contentæ, quatenus adhibitis diligentis in partibus contra præstatum debitorem cessum, solutionem consequi non possit; Quare præstatu Rafina ad eandem Anconitanam Civitatem redeundo, atque per authentica documenta docendo de diligentis ab eo Gubernatore obtinuit mandatum exequutivum, quod in gradu applicationis coram A. C. post aliquas disputationes appropiatum fuit, decernendo illius exequutionem, à Signatura Justitiæ præsertim cum solita clausula legitime exequutionis; Atque mihi quamvis pro Hebræis reis conventis scribenti, reflectendo ad veritatem, probabilis resolutio visa est, pro consuetudine ab initio meam operam requirentibus insinuavi.

2 Dicebant itaque scribendo more Advocati, quod quamvis generaliter verum esset assumptum de quo supra disc. 34. in quo jam edito Scribes in contrarium, totum constituebant fundamentum, ut scilicet minores publici negotiatorum pro majoribus haberi debeant, ideoque in eorum obligationibus, & contractibus desiderandæ non sint illæ solemnitates quæ de jure communi, vel municipali in alienationibus, & obligationibus, aliisque contractibus minorum desiderantur; At tamen id non procederet in hac Civitate, ob ejus particulare statutum, quod distinguit minores mercatores ab aliis non mercatoribus, ut in personis de hac secunda specie attendatur ætas vigintiquinque annorum ad terminos juris communis, In illis verò de prima ætate annorum viginti, ideoque mercantili qualitate non obstante, in eorum actibus solemnitates demandantur, ut in ejusdem statuti volum. rubric. 42. collat. 2. & per consequens intraret positio; de qua disc. 33. de judic. & alibi frequenter, quod scilicet juxta locale seu particulare quoties ejus legitima requisita habeat juri communi vel etiam particulari loci dominantis prævalere, atque attendi debeat. Neque dubitandum esse advertebam ut hujusmodi leges municipales attendi deberent etiam in Hebræis qui in ista Civitate negotiationis occasione moram trahunt, iuxta eo-

rum diversas species recensitas sub tit. de regalib. disc. 104. Cum verius, magisque receptum sit, ut etiam hebræi dicantur cives, & incolæ loci in quo Principe permittente vivunt, atque domicilium habent, ideoque eis suffragantur statuta, & privilegia eodem modo quo aliis civibus, & incolis Christianis, etiam contra istos, & quavis fundata essent in æquitate, ut occasione agendi de lege concedente retractum prælativum ratione vicinitatis, vel consentii, de ista propositione habeatur disc. 70. de servit. & alibi.

Admittebantur hæc per Judicem quando probata esset legitime ætas minor, stante contraria assertione, ob quam dicebat (& in hac parte bene) quod magis perfecta, & concludens probatio requiretetur; Difficultatem verò habebat in hac probatione, quam non adesse credebat ex eo quod Hebræi repelluntur à testimonio ferendo contra Christianos ex relatis per Farinac. q. 56. num. 221. & seqq. Potissimè ob inverisimilitudinem ut per eisdem teste Hebræos ad id inductos memoria retineri poterit tempus prædictum nativitatis.

Verum istud motivum nimium fragile mihi videbatur, sed ex aliis motivis justam credebam resolutionem (talis est ingeniorum varietas, ut quod uni placeat, alteri displiceat, & e contra;) Primo nempe quod cum isti essent quatuor fratres, quorum unus, & fortè duo erant majores paternam rationem sub antiquo nomine patris continuantes, ita intrarent ea quæ habentur in Miscellan. Eccles. disc. 8. ac etiam hoc tit. ut scilicet non attendatur qualitas personalis unius vel plurium constituentium Universitatem vel corpus Collegiativum constitutum, ex aliis personis habilibus, & perfecti iudicii.

2 Sive magis ad rem, ut intrarent ea quæ habentur disc. 75. de credito, ac etiam in hoc supplemento eodem tit. & alibi, quod quidquid sit in contractibus privatis, in quibus ratio libertatis publici commercii non urgeat; In hujusmodi tamen negotiis mercantilibus, in quibus negotiatores sequi solent fidem ad existimationem nominis, sub quo ratio bancaria vel ars negotiatoria cantant, non attendatur qualitas personarum, ad quas revera negotiorum pertinet, an sint mulieres imò minores, vel pupilli, sed attendatur ipsum nomen, sub quo cantat, & exercetur negotium, præsertim quoad externos non callentes statuta vel leges particulares locorum, minisque personarum qualitate, ad quas revera commodum vel incommodum pertinet.

Utrumque autem in præsentibus verificabatur, quoniam negotium cantabat, & exercebatur ubi habebat existimationem sive sub nomine ejus hereditatis vel hæredum in abstracto, quod sonat in idem, & propterea valebat, etiam si defecisset quilibet ex eis; Ac etiã quod erant primus etiam major, ac publicus negotiator, quod etiam in secundo verificabatur.

3 In idem considerabam, quod discretiva hujus statuti inter negotiatores, & non negotiatores, vel scilicet in uno genere sufficiat ætas annorum viginti ad reddendum eos habiles ad contrahendum; In altera autem necessaria esset illa annorum vigintiquinque, procedere sive attendi solum deberet in contractibus privatis, & ordinariis, inter cives, & incolas, ista distinctione resultant, non ex privilegio vel natura negotiationis, sed quia hoc ministerium præsumptionem inducat majoris ætatis, magisque perfecti iudicii adinstar illius rationis quæ iuxta solitas legales frigiditates assignari solet in statutis, aliisque legibus localibus restringentibus minorem ætatem ad annos viginti, ut est in Urbe aliisque locis, sive ad annos decem, & octo, ut est in utriusque Siciliæ Regnis, & in aliquibus Civitatibus, & locis Heræuriæ, & Longobardiæ, magis scilicet perpicacis ingenii in una, quam in altera regione; Aut iuxta ea quæ in aliquorum sensu habentur de minoribus, qui sint Doctores vel aliis in jure periti ex pluries insinuatim hoc tit. in præsertim disc. 30. cum similibus.

Secus autem in iis, quæ pertinent ad mercaturam, & negotiationem, quæ exerceatur, & præsertim in contractibus aliisque actibus, cum exteris negotiatoribus adeo remotarum regionum, cum tunc ipsa subiecta materia ob favorabilem libertatem publici commercii indefinitè trahat se cum habilitatem, quamvis illa persona in contractibus privatis esset inhabilitas; Adinstar eorum quæ habemus in beneficiis, & pensionibus Ecclesiasticis ut sola ætas adulta, quæ per jus canonicum seu Concilium Tridentinum sufficiens reputatur pro illa rectoria seu administratione, sufficiat quoque pro contractibus aliisque actibus ad alienam negotiationem pertinentibus, quamvis aliàs illa persona ratio-

ratione minoris ætatis vel patriæ potestatis in prophanis contractibus, & actibus inhabilitata esset.

Idemque pariformiter ubi ex loci lege scripta vel non scripta in principatus, aut baronia, five alterius magistratus exercitio vel administratione sufficiat solum ætas adulta, ut in Regnis, & Principatibus, ac etiam in feudis, & Baronis, regulariter sufficit, quoties lex localis contrarium nõ statuat, ut habetur in Regno Neapolitano per aliam pragmaticam in Baronibus quoque præscribente eandem ætatem, quæ generaliter in aliis præscripta est, cum similibus.

Ponderando quoque in idem judicium qualitatem in proposito consideratione dignam præsertim in dicto loco, & in Urbe, ac aliis locis, in quibus eadem vigeat ratio incapacitatis possidendi bona stabilia, & vivendi de redditibus, ac propterea cogitur vivere cum solis industriis, dum ita in canabulis penè existentes, atque cum lacte addiscunt artem negotiorum, & vix infantia expleta in illa se exercent, ideoque notabilis differentia constituta videtur inter istud particulare genus hominum, & alterum magis universale.

Ac etiam quoniam apud nostros majores non levis questio est, an cum Judæis in hoc præsertim puncto minoris ætatis procedi debeat cum dispositione legis Mosaicæ five cum eorum traditionibus, ut sola ætas adulta reddat eos majores, & habiles ad contrahendum, & administrandum ex deductis Surd. dec. 133. Cyriac. contrav. 240. & 241. & alios; Quamvis etenim magis recepta videatur opinio contraria, ut scilicet etiam cum istis attendi debeant locorum statuta vel consuetudines ut alibi advertitur; Adhuc tamen id consideratione dignum videtur pro aliqua majori præmissorum comprobatione.

Et quamvis nimium facile sit adolescentes quamvis adultos anse perfectam pubertatem decipere, ac propterea dici potest quod ita esset aperire viam fraudibus; Attamen in concursu majoris favoris publici resultantis à libertate commercii, & istis visibilibus vel contingibilis præjudicii privati, debet ille prevalere, sibi que impudent illi adolescentem qui mercaturam, & negotiationem suscipiant, & exerceant, si ad apti non sicut, dum quatenus in casibus particularibus revera fraus, & circumventio justificarentur, adhuc remanet à lege provivum cum actione de dolo pro irritatione actus, vel cum remedio rescissorio ex capite læsionis, vel cum aliis remediis, unde ita consultum remanet præfatio inconvenienti aperiendi viam fraudibus, & circumventionibus.

Quovèro ad dictum alterum punctum facti super probatione scilicet ætatis, ubi cessantibus præmissis ad hoc puncto resolutio causæ pendere, etiam cum sensu veritatis dicebam, quod sufficiens adesse probatio per testes ad id inductos bonas, & concordantes assignantes rationes; Et fortassis quia eorum dictum administratum erat à libro paterno, cui in hoc proposito nimium deferendum est, ut habetur apud Matcard. de prob. conclus. 669. Farinac. in fragm. par. 1. n. 143. & seg. Ment. dec. 25. & 58. Ad. ad Buratt. dec. 949. magnum administratum tiam prædebat aspectus, quem licet fallacem, saltem administrativè in hoc proposito attendendum esse, advertitur Gramm. cons. crim. 4. n. 9. Rovit. prag. 1. de memor. n. 11.

Fabulium autem ubi que dubio credebam dictam assumptionem de fide deneganda contra Christianam; Tum quia illud revera procedit in causis criminalibus gravibus, in quibus cadere possit ratio assignari solita naturalis odii, & anticipatiæ, five quod ob eorum desideratum salutem ex defectu fidei non inter illa præsumptio, quæ regulariter oritur à juramento ob stimulam conscientie, dum, ut advertitur in tit. de usur. disc. 6. & alibi, & plenè apud Merlin. dec. 409. repet. dec. 301. par. 5. recent. apud Judæos vigeat opinio, quod obsecranti præceptorum vigeat inter ipsos ejusdem instituti profectores, non autem cum Christianis vel Maometanis, ac propterea facilis est seductio, & per consequens etiam in civilibus generaliter dici possent testes non integri, sed hoc non tollit quia in eis inrent eadem quæ generaliter in omnibus aliis testibus minus integris, & exceptio elidibilibus habentur discurs. 31. de judic. & alibi, quod scilicet exceptio per alios testes integros vel per administratam, five per eorum numerum suppleri possit; Potissimè verò ubi agatur de locis, in quibus Judæi permittantur, atque pactum domitium habeat ut liberumque commercium cum Christianis.

Multo verò magis, & indubitanter ad effectum præsentis questionis vel similibus, probandi scilicet tempus nativitatis vel filiationis, & similia, quoniam cum Hebræi hodie

penè ubique præsertim in Italia vivant in claustris à Christianis segregati, acque prohibentur habere famulos, & ancillas Christianas, hinc sequeretur quod omnia ea quæ inter ipsos peraguntur, & præsertim circa nativitatem puerorum, & familia quoties admixtum esset Christianorum interesse, esset omnino improbabila, dum veritas alia haberi non possit; Et quo casu etiam testes imperfecti vel elidibiles admittantur ut eodem disc. 32. de judic. & disc. 129. de cred. & alibi.

Atque hinc semper magis edocemur quàm evidens, ac damnabilis error sit procedere cum generalibus propositionibus, casque indifferenter omnibus casibus applicare, ad eorum circumstantias non reflectendo; Ac etiam quantum rebus indicatis deferri debeat, dum urgentibus supradictis aliis solidis, & claris motibus, eis tam à Juce, quàm à defensoribus neglectis vel non cogitatis ex dicta levitate judicatum processit; Ac propterea monetur, atque respectivè excusabiles redduntur Advocati, & defensores, ut etiam levita, & insufficientia motiva deducant ex insynatis discurs. 35. de judic. & in relat. cur. discurs. 46. & alibi.

ROMANA CENSUS

PRO CAPELLA B. MARIE IN ECCLESIA S. JACOBI VULGO SCOZZA CAVALLI

CUM FRANCISCO, ET ALIIS DE VALLIS.

Causa disputata coram A.C. resoluta pro Vallis.

An & quomodo minor, qui contrahendo se majorem asseruit, privetur beneficiis, & privilegiis, quæ minoribus competant, ad eum pro majore haberi debeat.

SUMMARIUM.

- 1. **F**acti series.
- 2. **A**n solemnitates requirantur cum Ecclesia vel pia causa.
- 3. **D**e questione minoris se asserentis majorem.
- 4. **A**n, & quando juramentum in hoc operetur.
- 5. **Q**uid operetur irritatio juramenti, & quando.
- 6. **D**e introductione juramenti in minoribus.
- 7. **N**on est immorandum in doctrinis ubi habemus legum dispositionem.
- 8. **D**e distinctionibus in questione de qua n. 3.
- 9. **Q**uod ista sit questio facti, non sit immorandum in formula verborum.
- 10. **C**ui in dubio assitit, vel resistat præsumptio.
- 11. **M**ala præsumptio oriens ex statuto, tolli potest contraria probatione.
- 12. **A**d quid prestet qualitas vel privilegium pie cause.
- 13. **D**e questione an solemnitates requirantur inter æquè privilegiatos.

D I S C. LXI.

Imposito censu ad favorem Cappellæ per Cyriacum Sadam minorem viginti annorum, le tamen asserentem majorem pro fructibus decursis, impostore jam defuncto, Cappellanus judicium associationis in vim clausulæ constructi insinuit super Domo cenita possessa per Vallios titulo singulari emptiois ab Angela Cyriac. sorore; Quare possessores Rei conventi, cum super extremis nihil caderet questio, de duobus excipiebant, ex quibus, vel eorum altero Judex eis absolutoriam concessit; Primo nempe de jurebus anterioribus Angelæ eorum adricis ex causa dotis; Et secundò de nullitate impositionis dicti census factæ per minorem non servatis solemnitatibus statutorum Urbis 151. & 153. quæ copulativè adimpleri debent, quando agatur de alienatione stabiliu, sub qua magis receptum est venire impositionem census ut supra discurs. 32. ubi concordantes; Atque ex isto posteriori motivo magis quàm ex altero Judex (quantum defumi potuit) motus fuit, cum creditum dotale modicum haberet substantiam.

Quatenus itaque pertinet ad hunc punctum; Retento præsupposito minoris ætatis, Egomet scribens pro Cappella creditrice admittendam nullitatem actus ob clarum, ac omnimodum defectum formæ statutariæ, non obstante quod ageretur de contractu inito cum Ecclesia, vel

vel pia causa, cujus favore hujusmodi solemnitates non requiruntur, quoniam non advertitur supra disc. 32. id rectè procedit in illis alienationibus, vel obligationibus, aliisque actibus præjudicialibus, qui fiant pro anima, & ex amore Dei, vel ex motivo pietatis, non autem ubi Ecclesia, vel pia causa contrahat jure privati, & ex causa merè correctivæ; Nimium tamen suffragante ista contrahentis qualitate pro exclusione fraudis, ac doli ut infra; Quatenus tamen non urgeat consideratio de qua eod. disc. 32. quod scilicet dolo, & fraus committantur per administratores, & Rectores, ut ita ad proprium commodum Ecclesiæ vel piæ causæ pecuniam convertant.

Hinc proinde punctus restringebatur ad asseritionem à minore factam cum juramento quod esset major, atque per Scribenes hinc inde deducebantur illæ auctoritates, quæ indigestè, pro collectores consuetudine, improboque labore habentur collectæ per Baron. in tract. de effect. minor. etate effectus primo num. 123. cum seqq. Ex quibus patet quod major vir constituit videtur in juramento, super quo solitis notorum frigiditatibus, adhiberi solent distinctiones, atque super eis cum connotariis opinionum scissura, habentur questiones, inter asseritorem scilicet, & promissorium, & an unum vel alterum, five utrumque addit, cum similibus superfluitationibus deduci solitis à formalitate verborum, quæ potius Notarium quàm Partium sunt.

Verùm Scribenes in contrarium, quibus Judex adhærebant, dicebant (& bene retento præsupposito, quod hic effectus refutaret à juramento) ut id rectè procederet in terminis juris communis, non autem statutis statutis, quorum posterius 151. irritat juramentum, illudque præsumere facit dolo, & metu extortum, ideoque ita illam non facit operationem, quam aliàs facere solet in contrahibus minorum aliorumque prohibitorum ad terminos textus in Auth. sacramenta puberum Cod. si adversus vendit. & cap. per vestras de donat. inter vir. & uxor. ex nimium frequenter insynatis hoc eodem tit. & alibi.

Non negabam scribens pro Cappella adricæ veritatem hujus assumpti, quoniam ita juramentum tanquam inestum, nullum facere potest operationem.

Dicebam tamen id procedere quando secluso juramento, actus ex dispositione juris civilis communis vel particularis sit irritabilis, adeo ut juramentum causet actus aliàs invalidi revalidationem, tanquam medicina vulneris, & in his terminis procedunt omnia quæ super juramenti operatione habentur; Secus autem ubi etiam absque juramento, ex ejusdem juris civilis dispositione, actus fit validus, ac firmus, quoniam tunc nil refert an juramentum sit validum, nec ne, dum nullum non potest esse plus quàm nihil, neque refert an super membro valido quod nullo indiget medicamento, istud adjectum inefficax, & non operativum, dum etiam si nullatenus adhibeatur, idem est effectus, ut in terminis filifamilias se asserentis majorem, advertitur supra disc. 29. ubi exemplificatur in minore mercatore; Et in terminis filifamilias se asserentis patremfamilias supra disc. 27. & alibi, cum sit principium absolutum.

His itaque positis, advertendam decisionem pendere à puncto, an attentis terminis juris communis in l. 1. & 2. Cod. si minor major se dixer. cum concordant. actus esset validus necne, quoniam de tempore in quo dictæ leges, & concordantes prodierunt, introducta, & cognita non erat ista juramenti operatio, quæ in jure civili resultat à posteriori, ac novissimo jure Authenticorum reassumpto in dicta Auth. sacramenta puberum, latus autem, ac firmus jure canonico in d. cap. per vestras cum non concordantibus.

Ac propterea (applicando ad rem) clarior videtur modo notum error procedendi cum aliquibus doctrinis, non reflectendo ad dictas leges, quoniam ita est mendicare lucem ex debilibus, & obcuris lateribus, dum habetur sol in meridie, five juxta sacræ paginæ parabolum, est curare explere sit in eis cillensis dissipatis, ac negligere fontem aquarum viventium, procedendo scilicet cum aliquibus indigestis scriptoribus, aut verius transcriptoribus qui materias, & questiones potius involvunt, quàm elucidant, ac solvant, cum habeatur clara, & literalis decisio in dictis legibus 1. & 2. Cod. si minor se major. & in quibus dantur distinctiones recentissimè quoque in supra insynatis disc. 29. & 37. quod scilicet.

Aut ista asseritio dolum redolet ex parte minoris, qui ita asserendo decipiat alterum contrahentem, qui cum bona fide iustaque credulitate tali asseritioni deferat; Et tunc minoris ætatis beneficium nullatenus suffragetur, cum leges

succurrant minoribus, aliisque privilegiatis ne decipiantur non autem ut decipiant, Aut è converso ista asseritio provenit ex dolo, vel affectata cautela alterius contrahentis, ut ita legis prohibitionem eludat, atque tunc rectè intrat vulgare dicitur, quod cum eadem facilitate, cum qua minor vel alter imbecillis iudicij inductus vel seductus fuit ad faciendum actum principalem præjudicalem, inductus quoque dicatur ad faciendum istam vel aliam similem asseritionem.

Hinc sequitur quod irrisione digni censendi sint illi, qui in hujusmodi formalitatibus, neglecta substantia veritatis immorantur, cum verba, & clausulæ potius, pro frequentiori usu à Notariorum stylo provenire soleant; Fortius verò ubi vigeat pluries damnatus usus, qui abusus nomen potius meretur, conficiendi instrumenta in lingua latina quam contrahentes non calleant, vel callentes ad id non advertant, quia nempe Notarius oretenus stipuleatur, enunciando in compendium substantiam conventionis, eamque adnotando in bastarello seu imbreviatura, deinde verò domi ex formulario vel ex aliis instrumentis extendendo instrumentum, cum a causulis, & cautelis, ne quidem à partibus cogitatis, quo nil absurdus.

Verius etenim est ut etiam supra d. disc. 29. & 37. advertitur, istam esse questionem facti potius quàm juris regulandam ex singularium casuum circumstantiis, dolum, seu malam fidem, in uno vel respectivè in altero contrahentibus vel argumentibus, attentata substantia veritatis potius, quàm formalitate verborum.

Juris autem inspecto cadere solum videtur in casu (nimium tamen raro, & in quo scribenes hinc inde confluentibus, & colluctantibus argumentis, & conjecturis, omnino incertum sit, ex cujus parte dolo vel mala fide proveniat, ad effectum incipiendo cui nam assitit bona præsumptio, quæ pro ejus contrahente operatione transferat onus probationis in alteram partem, cui resistat materia; Id autem (ut præmissum est) nimium rarum, & fortè unquam in praxi verificabile videtur, atque isto casu nimium refert minor vel alteri privilegio adesse hujusmodi statuta generaliter inducentia malam præsumptionem, in altero contrahente, quasi quod ita huic regula generalis resistat, non quidem ad inducendam præsumptionem juris, & de jure, sed ad dictum effectum transfusionis oneris probationis, cui etiam præsumptæ, & administrativè ista simplex juris præsumptio cedere debet ex pluries insynatis supra hoc eodem titulo, & generaliter disc. 143. de dolo, & alibi.

Applicando itaque ad rem; Admittendam quod stante dicto statuto, onus esset creditoris probare ejus bonam fidem & per consequens malam minoris facientis dictam asseritionem, cui iuste delatum fuerit, sed (etiam cum aliquo sensu veritatis) dicebam quod ista insynatis probatio adesset; Tum ex statu, in quo minor constituitur ex proximis scilicet ad dies tantum complemento minoris ætatis, 11 adeo ut ex aspectu major iuste judicari poterit juxta distinctiones, ac ponderationes de quibus supra d. disc. 29. Tum etiam, & fortius, ob superius insynatam circumstantiam quod ageretur de Ecclesia vel pia causa, quæ incapax est doli, & malæ fidei vel circumventionis, adeo ut revera contendant de damno vitando potius quàm de lucro; Ac propterea licet qualitas piæ causæ in hujusmodi contractibus correctivè in consideratione habenda non sit, ad evitandam nullitatem ex defectu solemnitatum vel causæ ad hunc effectum bonæ vel respectivè malæ præsumptionis.

Atque ita regulanda videtur questio, an inter æquè minores, vel alios æquè privilegiatos inter, necne confassio privilegiorum, ad effectum ut illis hinc inde defassantibus, statutaria dispositio cesset, quoniam licet hodie in Curia magis recepta sit opinio, quæ istam negat conquisitionem, ideoque potior sit condicio illius qui ex defectu solemnitatum vel causæ, tanquam reus impugnat actum, utpotè agens de majori damno vitando, quamvis alter contrahens, utpotè fovens causam verè onerosam, & correctivam, de damno vitando quoque contendant, ut pluries in præcedentibus insynatur; Nimium tamen refert quod alter contrahens sit etiam pupillus, vel minor, aut aliàs talis, in quo præsumptio cantat, quod non fit apud circumvenire, sed potius circumveniri, ad effectum scilicet regulandi materiam potius ex facto, quàm ex jure; Quoties tamen contra actorem vel creditorem non urgeat superius insynata præsumptio, quod si dolo,

BONONIEN. CENSUS PRO COMITE JOSEPHO, ET ALIIS DE MALVASIA CUM GHERARDIS.

Causa decisus per Rotam pro Gherardis, & pendet. An in contractibus minorum ex statu Bononiæ requiratur causa, necne, adeo ut sine illa sufficiant alie solemnitates.

SUMMARIUM.

- 1 Fidei series. An statum Bononiæ in contractibus minorum exigat causam. 2 Quid referat causam desiderari, necne. 3 De applicatione ad casum. 4 Quomodo istæ questionis decideri debeant.

DISC. LXII.

Impoverunt de anno 1622. Cornelius, & Innocentius fratres de Malvasia censum in sorte librarum 8. m. ad favorem Caroli Zambeccarii, cum fideiussione Dominici Gherardi, cui contextualiter locatur prædium per annos octo, sub lege, ut pensionem in parte exuberante fructus census cumulare, atque ita in fine census extingueretur; Defuncto autem dicto Dominico ad breve tempus superfructibus duabus filiabus; Ista post plurimum annorum decursum ex eo quod dictum censum solvere coactæ fuerunt contra impostorum jam defunctorum hæredes iudicium instituerunt pro dicti census fructibus decursis, ex eo quod patre defuncto, Innocentius, & Cornelius dictam locationem non servassent, atque in partibus favorabilem reportarunt sententiam, in secunda instantia infirmatam per A. C. introductæ causa in Rota cor. Albergato, & dato dubio, an constaret de credito, & in qua summa, sub die 2. Maii 1673. adricum favore prodiit resolutio ex eo quod constaret locationem per duos annos tantum effectum sortitam esse; Cumque istius præcipuum fundamentum fuisset dicta locatio, cujus inefficacitate per actores negabatur, ex ista verò parte supponeretur quod effectum sortita esset, idcirco ad id melius probandum per eas obstantia fuit remissoria, cujus vigore aliquæ probationes factæ fuerunt, atque in hoc statu, quod sciam, causa pendet.

Quæ itaque erant puncti, de quibus tam coram A. C. quam in Rota disputatum fuit; Unus scilicet facti an testibus de locationis inefficacitate deponentibus deferendum esse, stantibus exceptionibus in persona, & dicto, quæ ex hac parte dabatur; Et alter juris super nullitate contractus, ex cessante causa, ut propterea satisfactum non esset statuto super alienationibus, & contractibus minorum, cum alie solemnitates materiales jam essent adhibita.

In primis inspectione nullæ, vel modicæ erant Advocatorum partes, cum revera dicitur quæstio potius facti, quam juris, remissa iudicis arbitrio ex facti qualitate, & circumstantiis regulanda; Ideoque disputatio iudicaria restringebatur ad alteram inspectionem, super qua scribentes pro adricibus totam vim constituiebant in firmatis per Rotam in duabus resolutionibus Bonon. Indemnitas coram eodem Albergato, quarum una est impressa par. 11. rec. de off. 151. in quibus firmatur quod adhibitis aliis solemnitatibus in statutum demandatis, nil refert, an accedat causa, necne, ut potè non desiderata per statutum, eo modo quo desideratur per statutum Urbis ex toties in præcedentibus insinuat.

Scribens autem pro reis conventis, etiam cum sensu veritatis, dicebam improbabile censendum esse illud asumptum in generaliter, & in abstracto asumptum, ut sci-

licet confitio de defectu vel de insufficientia causæ solus intervenit solemnitatum materialium sufficere deberet, ex eisdem rationibus, quæ pluries in præcedentibus insinuatæ habentur, quod nempe lex dicenda non est imposita verbis, sed rebus, atque ad certum finem, & effectum, non autem ut pro cæronomia, & formalitate intervenit iudicis, & conjunctionum, vel aliorum desideretur, ut scilicet ita isti tanquam præsuppositi viri prudentes, & providi, suppleant imperfectionem iudicii minoris cuiusque circumventionibus, & præiudiciis occurrant, & ne alienationes vel alios contractus diligenti patrifamilias non convenientes, & præiudiciales faciat, Ideo ubi etiam lex nullam causam faceret explicitam mentionem, adhuc illa implicitè, ac per necessesse desiderata est, spectata ratione, seu fine, ac effectu, ob quem alie solemnitates demandantur; multo verò magis attento isto statuto quod enixè injungit iudicis, & aliis ut diligenter ad veritatem, ne minori præiudicetur, quodque fraus, vel mendacium non committatur, quod utique sine iusta, & probabili causa contrahendi sequi non potest.

Desiderari autem, vel non desiderari in verbis expressione causæ, illum operari videtur effectum, ut quando statutum illum expressè desiderat, tunc si non exprimitur, non intret illa præsumptio, quam intervenit iudicis, & aliorum producit, ac propterea sit onus alterius contrahentis, qui velit sustinere actum tanquam validum, illam iustificare; E converso autem, quando statutum eius expressione non mandat, tunc sit onus minoris impugnantis actum probare eius defectum, vel ineptiam, ob contrariam præsumptionem resultantem ab observantia solemnitatum, adeo ut causæ expressione desiderari, vel non desiderari, non inducat formam præciam ut aliqui in sola littera ambulantes, male credunt, quasi quod si statutum in verbis non desiderat, nil abesse referat; Et si desiderat, & omittitur, actus corruat ex defectu formæ præcise, quamvis aliunde verificetur eam adesse; Id enim continet evidentem errorem, intelligendo huiusmodi leges iudicium more in littera, cum potius intelligendæ veniant in spiritu, spectato scilicet fine, vel effectu, ob quem eadem lex illam formam vel solemnitatem præscripsit. Et si quod expressio vel non expressio operetur solum effectum assistentiæ, vel resistentiæ præsumptionis pro eius consueta operatione transferendi onus probationis in illum, cui ipsa non assistit, iuxta generitatis propositiones de quibus sub tit. de iudic. & alibi pluries.

Cum hac itaque distinctione ad veritatem rectè conciliari dictas decisiones que deducebantur ex parte adricum cum aliis, quæ ex ista parte cum consueto improbo, ac inepto labore deducebantur in perlitæ casibus Bononiensis quod contractus minorum infirmati essent, unde cum deducerentur solite ineptiæ, super earumdem defectum littera, sive quibus magis defendendum esset, eas reputabam potius irrisione dignas, dum ita remanent omnes conciliabiles pro facti qualitate.

Applicando itaque ad rem, advertebam, quod quando de causam actum fuisset, tunc potius præsumptio Parti advertebat assisteret, nobis autem resisteret, ac propterea nostrum esset onus probare causæ defectum, secus autem dum in mandato procuræ per minores factæ cum solemnitatibus, cujus vigore Procurator contractum inire, continebatur ineptia clara, dicendo scilicet quod census imponi posset, ac imponeretur, vel idesse causa, sive non, Ita etenim ad evidentiam probari dicebam quod Index, & alii qui ad formam statuti intervenierunt, non bene eorum expleverint partes, neque adverterint ad id quod ab eodem statuto percipiunt ut propterea contraria probatione remaneret exclusiva illa præsumptio, quæ regulariter ab huiusmodi intervenitu resisteret; Ac propterea concludendum semper venit idem, quod pluries, sed semper opportunè, ad hanc materiam insinuarum, quod scilicet illa non sit juris, sed facti pro istius qualitate, & circumstantiis regulanda, spectato principaliter sine vel effectu pro quo solemnitates desiderantur, intelligendo huiusmodi leges in spiritu, non autem in littera, cum sola formalitate verborum, cum id manifestum errorem redoleat.

BONONIEN. FIDEIUSSIONIS PRO FRANCISCO, ET INNOCENTIO DE NUCE CUM GUALANDIS.

Causa decisus per Rotam pro Gualandis.

De obligatione filii familias ad formam statutorum Bononiæ, & an pater possit consensum præstare sibi ipsi; Et incidenter an qualitas doctoratus ipsius filii in hoc aliquid operetur.

SUMMARIUM.

- 1 Fidei series cum resolutionibus. 2 De Statuto Bononiæ super contractibus filiorum familiarum. 3 Auctoritas Legati, seu Vicelegati supplet defectum solemnitatum. 4 Delegatio fratri intelligenda venit. 5 Doctoratus supplet defectum personæ ut non requiratur solemnitates. 6 Quod resolutiones placeant, sed non eorum ratio. 7 An consensus patris sit pro interroganda persona, vel pro interesse. 8 De variatione opinionum in tribunalibus. 9 Quomodo in hac materia filiorum familiarum procedendum sit. 10 De ratione cui immixta sunt leges agentes de filiis familiaribus. 11 Quid proprie statuta, & leges particulares in hoc induxerint. 12 De materia iuramenti contracti. 13 Quomodo intelligi debeant statuta agentia de filiis familiaribus, & mulieribus. 14 Quod quandoque ista statuta sint præiudicialia ipsi privilegatis. 15 Quod fideicommissa sint præiudicialia, & operentur contrarium effectum. 16 Laudabile est, ut filius se obliget pro patre. 17 Ad quid attendi debeat doctoratus filii familias vel notus.

DISC. LXIII.

Pro obligatione in solidum contracta per Franciscum cum Patre, ipsomet postmodum defuncto, per Gualandum conventus Innocentius, atque in partibus condemnatus, in grada appellationis, ab A. C. sententiam absolutariam reportavit introductæ causa in Rota coram Calatai, pro dictæ sententiæ infirmatione responsum fuit sub die 2. Junii 1670. atque ad decisionis desuper editæ normam prædicta sententia in alia instantia coram Emerich sub die 2. Maii 1672. confirmata fuit, ac propterea tres conformes suam habuerunt executionem, vel eo quo potuit modo debitor cum creditore se concordavit.

Cumque Francisci obligati, vel ejus hæredis exceptio consistere in suæ obligationis nullitate resultantem à Statuto Bononiæ lib. 3. rubr. de contract. cum minor. & fil. fam. §. Item dicitur, quod filiorum familiarum, quamvis malorum obligationes alioque contractus absque consensu patris, vel iusto deficiente, sine quibusdam aliis solemnitatibus inobis, irritati, atque per Rotam in Bonon. pecuniaria 21. Feb. 1625. coram Pirovano in specie huius statuti firmatum fuerit paternam consensum pro solemnitate, seu forma, atque ad integrandam potius personam filii requiri potius, quam pro consensu & per consequens patrem non posse auctorari, sibi ipsi, sed ejus consensu habito pro infecto alias requiri solemnitates.

Hinc Rota in utraque decisione præsupposito implicitè tanquam vero isto assumpto, absque ulteriori ejus discussione, quia forte Scribentes pro actore cum eodem præsupposito ambularent, processit cum earumdem solemnitatum suppletionem ab auctoritate Vicelegati mediante ejus Audite ad hunc effectum deputato ex eo, quod Vicelegatus, ex quodam recepto suo eodem modo, quo ipse Legatus huiusmodi solemnitates supplere posset ex auctoritate in eisdem decisionibus recentis frustra transcribendis, quod etiam in proposito alterius Vicelegati Urbani disputatum fuit in casu, de quo sub tit. de donat. disc. 2.

Isto autem assumpto ex parte rei conventi, pro quo scribebam, non negato, major quinimò tota quæstio fuit potius

facti, quam juris super forma scilicet dictæ delegationis, quàm ex hac parte objiciebatur respicere suppletionem diversarum solemnitatum adhibendarum in contractibus minorum, non autem in isto filiorum familiarum, insinuatendo proinde in vero juris principio, de quo sub tit. de iudic. disc. 3. n. 1. & alibi plures, & præsertim sub tit. de matrim. disc. 3. n. 1. super delegationis stricta natura ad limites verborum, quæcumque extensione prohibita; E converso autem Scribentes pro Actore, quibus Rota ad hæret. & formalitate, seu in amplitudine verborum, super quorum formalitate, seu contextura pro huius facultatis abusu apud me perpetuo damnabili, omnes fuerunt disputationes.

In potiori decisione coram Calatai insinuat quoque motivo doctoratus filii familias in utroque jure, cujus ratione cessaret solemnitatum necessitas, quasi quod improprim videretur, quod cum ad eorundem statutorum præscriptum Doctor Collegiarum aliorum prohibitorum contractus auctorari valeat, debeat ipse inhabilis ad contrahendum reputari, atque alterius auctoritate indigere; Et de quo supra disc. 20. In posteriori tamen decisione coram Emerich, istud fundamentum neglectum, atque subsistentio involutum fuit, dictæ delegationis verba in hac decisione restringendo, ita ut præmissum est, totam vim in verborum formalitate constituendo; E converso ego, & alii pro hac parte Scribentes faciebamus.

Reflexendo autem ad veritatem, mihi quamvis in contrarium scribenti iusta, ac probabiles vias sunt resolutiones, quæ inspecta tota facti massa, & rei substantia placeverunt, displicebant tamen media, sive motiva, quasi quod neglectis solidioribus, insisteretur in dicto leviore resolute ad verborum dictæ delegationis formalitate, qua solùm attenta potius de earumdem resolutionum improbabilitate dubitandum esset, stante dicta stricta natura delegationis, quæ in sensu literali, seu grammaticali revera casum non continebat.

Solidius itaque videbatur motivum, de quo supra disc. 37. ac etiam sub tit. de dot. disc. 32. & 33. & alibi, quod scilicet quamvis apud antiquos, aut illos, qui comparative ad nos dicuntur tales, sed sunt moderni, circa incia currentis sæculi pro consueto leguleio more, præsertim verò DD. Neapolitani, super intelligentia illius Regiæ pragmatice prime ad Macedoniam, ac etiam generaliter aliæ indifferentes agentes de donatione causa mortis, quæ filiofamilias patris consensu permiffa est, cum nimia opinione scissura magnas desuper adhiberint disputationes, ideoque ista reputaretur una ex involutis, ac problematicis; (quæ brocardicas Juristæ dicunt) questionibus, quæ in jure habeantur, adeo ut cum adolefcens Sacri Consilii Neapolitani praxi vacarem, tunc ipsum Tribunal, ut in quibusdam aliis questionibus, & præsertim in illa, de qua sub tit. de legit. disc. 23. & in hoc supplemento in factiones divisum esse; Ac propterea in ista tuac in dubia quæstione, in qua forte attento eo tempore, in quo dicta decisio cor. Pirovano super hoc statuto prodiit, ex magis communi in eam sententiam per sedentes in Rota deventum sit, ut quotidie in isto, alioque collegialibus Tribunalibus experimur, quod pro vario sedentium ingenio, modo album, & modo nigrum firmatur, adeoque frequens cernitur resolutionum variatio ex insinuat in relatione Curie disc. 32. & disc. 25. de iudic. & alibi.

Hodie tamen error videtur dictam resolutionem attendere perinde, ac si inviolabilem legem contineret, cum ex insinuat sup. d. disc. 37. & d. disc. 32. & 33. de dot. & alibi verius videatur, ut inspecto fine, seu ratione huiusmodi legum, quæ regulandæ sunt à dispositione juris communis ad Senat. Consil. Macedon. consensus patris in filiorum familiarum obligationibus, & contractibus, non pro forma, vel solemnitate, & ad integrandum, quoties præsertim agatur de majoribus, sed pro solo interesse requiratur.

Quinimò bene considerata ratione, sine fine, adhuc neque solum pro interesse, sed principaliter, ut occurrat fraudibus, ac deceptionibus, aliique inconvenientibus, ab antiquo jure ponderatis Senat. Consilio Macedoniano, & de quibus etiam supra disc. 37.

Hinc sequitur, ut manifestum videatur error hodie procedere in hac materia obligationum, aliorumque contractuum dispositionum filiorum familiarum, cum antiquis legibus registratis in Digestis, ac respectivè in Codice, antequam per jus novum fieret introductio peculi adventitii, cum tot huius materie, ac juris antiqui alterationibus, ob notabiles differentias inter unum tempus, & alterum; Antiquorum siquidem tempore filii familias servo assimilatus, nil proprium habebat, etiam id, quod ex proprio labore, & industria, sive ex fortunæ beneficio, aut ex dispositione majorum

rum acquireret, excepto nimirum raro casu acquisitionis ca-

strenum, vel quasi, ideoque si quid, contrahendo, vel di-

strahendo ageret, semper interesse patris concerneret, ideo-

que non mirum si ejus consensus indefinitè desiderandus

veniret, quoniam ut advertitur d. d. 32. & seq. de dote, potius

ipse pater consentiens, quam ipse filius contrahens, vel

disponens actum gerere videbatur, ut etiam de presententi

in peculo verè profectio dicitur. Hodie verò post modernam introductionem peculii ad-

ventitii, ac etiam ob introductionem tot limitationem, quas

pariter ille usufructus legalis, qui patri solum competit

ex infirmis sub tit. de servit. ad materiam usufructus d. 60.

ex infirmis sub tit. de servit. ad materiam usufructus d. 60. & seq.

in nihilo pene filius in potestate ab emancipato differre

videtur, cum etiam in emancipato verificetur id ejus, vel

- 4 Causa utilis, vel non damosa requiritur in obligatione principalis, vel non directi mulieris.
5 Quid in obligatione fidejussoria per extraneum.
6 De eodem, de quo n. 2. de nullitate ex falsa causa.
7 De obligatione pro indebito alterius, pro quo alias valide obligatur.
8 An, & quando corrumpente obligatione principali, corrumpatur fidejussoria.
9 Qualem causam verificari sufficiat, ubi mulier ex intervallo alienam suscipiat obligationem.
10 De conventionibus hereditatis in hac materia.

- 1 Habita per N. à Jordano quadam summa ad societatem officii cum obligatione præstandi intra certum terminum idoneum fidejussorem; Cum elapso termino Jordanus, servatis servandis obtinuisse contra eum relaxari mandatum ad factum, five ad dependendum summam acceptam loco cautionis, eodem modo, quo in fortioribus terminis census, in quo fors ex parte creditoris est irreperibilis, præcari solet juxta d. 88. Greg. & advertitur in sua sede sub tit. de cens. & alibi debitoris uxore ex ista causa liberandi virum ab imminenti carceratione, fidejussoris partem gerendo, obligationi accessit; Cumque illo defuncto, vel parum idoneo existente, mulier conventa esset per Creditorem coram Vicegerente, excepit ipse de invaliditate obligationis ex defectu causæ requirete per statutum 151. talem defectum detumendo à non veritate aliterquam causam ob quas, vix afferretur pecuniis indigeret, five quod illis existentibus veris in modica parte, pro aliqua majori adesset solum causa vaga, & generalis pro nonnullis scilicet indentis ejus domus, quam non esse sufficientem receptum hodie videtur juxta d. 714. Merlino, desuper multas cumulando decisiones modernas proxime infra referendas super hujusmodi obligationum mulierum annulatione ex falsitate, vel ineptia causæ; Ac etiam deducendo magis proximè d. 373. Durani super annulatione obligationis matris factæ pro excarcerando filio ex eodem motivo falsitatis causæ, adeo ut Scribentes pro muliere per quamdam speciem tractatus in materia, late cumulare penè omnes auctoritates, & decisiones, quæ sumuntur annulatione obligationum mulierum habeantur; Cum itaque ex parte Creditoris abque ulteriori dispositione requisitus essem, ut responderem deducis in contrarium; Advertentem ad eundem frequenter infirmatum scilicet in omni fortè casu repetendum, consarcinandi scilicet in consuetudine id, quod revolvendo repertoria in materia inveniuntur, non distinguendo casus; neque ad eorum reflectendo circumstantias, & ad adesse, necne debita combinatio, cum illis causis, de quo sit questio.

D I S C. LXIV.

Hinc pro aliqua materia elucidatione, atque ad effectum evitandi auctoritates, & decisiones, quæ in contrarium deducebantur, pluries inter se diversos distinguendo casus, & decisiones, quod propterea debet applicatio, in qua hodie reverè totus est punctus in iudicando, & consulendo. Primus itaque casus est, ubi agatur de obligatione, vel alienatione, quæ principaliter, ac directè contracta sit per ipsam mulierem allegantem causam, ob quam ad illam alienationem vel obligationem inducatur, adeo ut illa sit causa obligationis, vel alienationis, atque ex ejus motivo creditor, vel alter contrahens mulieris fidem sequatur; Distingue casu, attentò statuto Urbis, quod juxta modernam opinionem emanatam resistit, in qua, (media reprobata) Curia dicitur, exigiti causam veram tam de facto, quam de jure atque procedit dictum assumptum, falsitatis, vel insufficientis causæ etiam in parte, vel quia sit vaga, five inepta, atque in his terminis procedere dicebam pro majori parte auctoritates, & decisiones deluper cumulatæ, & præsertim d. 31. 63. & 19. 3. p. 12. rec. & alia, de quarum casibus agitur sup. d. 41. & 33. & in aliis, ideoque extraneæ erant casu questionis, dum contractus ab initio principaliter initus fuerit cum viro, ex intervallo autem mulier, supplendo vices fidejussoris in genere, quem vir præstare promiserat, mota non fuit ex causis à viro in prima obligatione narratis, sed ex sola causa illum liberandi ab imminenti carceratione, aliisque molestiis etiam in bonis, & sic in terminis omnino diversis.

Alter casus est, ubi obligatio mulieris sit aliena, & fidejussoria incontinenti, vel ex intervallo, ea tamen non habeat illum naturalem, ac rationabilem stimulum, qui erga

Card. de Luca Lib. VII.

filium, vel virum habeatur, puta pro extraneo, vel pro tali conjuncto ut ei non adpreter dictus naturalis stimulus profundendi etiam scienter proprium ad hoc ut ille à molestiis liberetur; Atque tali casu cum fidejussoria dicitur actus de sui natura lætius, fortius autem ut ad eventum talis detegatur, quia nempe ob defectu idoneitatis conitorum non remanent, ejus indemnitatis, ac revelationis conitorum non remanent; Istoque casu rectè adesse dicitur defectus causæ per Statutum desideratæ & sine qua alio solemnitate negliguntur, ut potè ad hunc finem vel effectum inducitur, ideoque sine illo remanent inanes, atque in his terminis procedunt aliquæ decisiones, quæ deducebantur, & præsertim d. 163. & 263. p. 14. rec. proditæ in eo casu de quo agitur supra d. 32. ubi de obligatione mulieris pro extraneo, five affine, cum quo dictus stimulus non vigeat esse ibi ponderatis.

Tertius est casus, cui dicta ratio stimuli naturalis congruat, sed obligatio vel alienatio facta sit cum expressione causæ, quæ detegatur minus vera; Et tunc pariter annullari solet, quoniam licet ad sit stimulus sufficiens, attamen deest veritas causæ narratæ ex qua mulier professa est actum gerere, ideoque deficit voluntas, ut in specie obligationis matris pro filio, five in ejus causam ex isto capite in validitatis habeatur supra d. 33. quæ in his in eo casu resolutiones, vel improbabiles, vel saltem nimium duræ viderentur, ex ibi deducis.

Quartus ad rem est casus, in quo mulier ex vera, & probabili causa dicto naturali stimulo innixa, liberandi scilicet filium à carceribus, in quibus reperiatur, pro illo se obliget, deinde verò detegatur quod injusta esset carceratio utpotè sequuta pro indebito; Et hic est casus de quo apud Duran. d. d. 373. in quo merito pro nullitate obligationis mulieris responsum fuit; non quidem ex peculiari jure statutario, quo secluso debuisset valida judicari ex dispositione juris communis, sed etiam in ista attentata, ratione falsi præsuppositi, ac etiam ex regula cessationis accessoria corrumpente principali non ex jure speciali, sed ex intrinseca natura actus tanquam pro indebito, pro quo injustè carceratus se obligaverat, unde etiam ipse principalis obligatio invalida erat ex deducis, sup. d. 41.

Quamvis etenim in ea questione, an corrumpente obligatione principali debitoris, corrumpatur etiam illa fidejussoria, adhiberi solet distinctio, an iste veritas tanquàm fidejussor, & accessoriè se obligaverit vel potius tanquam principalis principaliter, & in solidum; Ut scilicet priori casu procedat regula, quod corrumpente principali obligatione, corrumpatur accessoria, secus autem in altero, ex ea ratione quod in isto dicitur quidem fidejussor in ordine ad principalem pro quo se obligavit, sed quoad creditorem dicitur principalis & corrus ex relatis d. 100. de feud. & sub tit. de credito pluries, & alibi; Attamè id procedit quòdò invaliditas obligationis unius provenit ex jure speciali, ob qualitate perone, quæ sine certis conditionibus, ac sine certa causa se obligare vel alias contrahere prohibita esset, adeo ut per legem communem, vel partem in hac parte privilegiata fuerit, cum tunc creditor, vel alter contrahens rectè dicere valeat se negligisse inquirere de validitate, vel invaliditate obligationis illius persone privilegiate, cum ei sufficeret obligatio in solidum alterius persone habilis, & non prohibita; ut advertitur locis citatis, ac etiam supra hoc tit. in præcedentibus; Secus autem ubi invaliditas proveniat ex dispositione juris communis ob ipsius causæ debendi intrinseca in iustitiam ratione inlebit, five ratione merus vel doli &c. quoniam tunc totus actus corrumpit etiam ratione falsi præsuppositi, dum ita corrus habilis alienum suscepit debitum, cum præsupposito quod sit debitum, alias non suscepit, & hic est casus dictæ decisionis Durani, quæ pariter extraneæ remanebat.

Quintus demum (neglectis aliis qui dari possunt) ad rem est casus præcisus, in quo mulier ex justa, atque à jure probata causa, qualis dicitur illa liberandi virum à carceribus vel ab imminenti carceratione ex deducis d. 775. p. 2. rec. & in aliis relatis d. 109. n. 7. p. 12. & apud Zarate d. 29. & 58. & d. 232. n. 9. & seq. eadem p. 12. in quibus de obligatione minoris liberandi patrem à carceribus; Adeo ut adversus istam obligationem non urgeat illa intentio quæ ex dispositione vel intentione juris communis refertur ratione læsionis ob quam mulier indotata remaneat juxta deducta sub tit. de dote pluries; Et per consequens quod pretendatur infectio ex solo jure speciali seu statutario ob ejus formam non servatam; Et tunc inquirendum non est, an sit justa, & sufficiens illa causa, ob quam vir vel respectivè pater debitum contraxerit; quoniam cum ipse effect major, de jure contrahere non prohibitus, atque liberam habens

ROMANA SOCIETATIS OFFICII PRO JORDANO BUCCABELLA CUM N.

Causa disputata coram Vicegerente resoluta pro Jordano.

De obligatione mulieris pro viro ex causa impediendi ex ejus imminente carcerationem, an sublineatur, necne.

S U M M A R I U M.

- 1 Falsitas.
2 De nullitate obligationis ex causa falsa, vel vaga, & generalis.
3 De errore procedentium sine distinctione casuum.
4 Causa

fe obligandi facultatem, absque necessitate exprimendi ejus indigentia causas, idcirco tali casu creditor, vel alter contrahens non tenetur esse sollicitus veritatem, & sufficientiam causae narrare indagare, sed sufficit quod adfit veritas ipsius debiti, seu ipsius causae contrahendi; Respectu verò mulieris vel minoris vel alterius personae privilegiae, quae aliene alias valide obligationi accedat, sufficit quod vera, & iusta sit illa causa, ob quam ita accessio facta sit, ut ita distinguendo praesertim habetur *d. dec. 232. n. 9. & seqq. p. 12.* Ac propterea neglecta oppositione pro creditore decretum fuisse mihi suppositum fuit. Ideoque ejus momenti sumus quomodo in casuarum decisionibus; ac doctrinarum, & decisionum applicatione sit procedendum.

Iusta verò ista resolutio visa est, quia ex facti circumstantiis de bona fide creditoris constare videbatur, quod scilicet iuxta penam connaturalem usum hujusmodi contractus societatis officii ex relatis in suo *particulari titulo* praestatio fidei iustoris in genere convenita erat absque fraudolenta praerogatione, ita colorandi fidei iustionem mulieris; Secus autem ubi de hoc constaret saltem per sufficientia argumenta, & praesumptiones, ut scilicet ita imminetia, affectata fuerit ex praerogatione inter creditorem, & virum debitorem, cum tunc nullatenus ista causa attendenda veniat, quia deficit ejus causa; Ac propterea firmum remanet id quod pluries insinuatum est, illas scilicet censendas esse quaestiones potius facti, quam juris decidendas ex singulorum casuum circumstantiis bonam; vel respectivè malam fidem redolentibus, non autem procedendo cum generalitatibus in abstracto, vel cum auctoritatibus ad litteram.

ROMANA DOMUS
CUM APOTHECAE
PROVINCENTINO GALLO.
CUM N.

Casus disputatus coram Iudice Sancti Spiritus, terminatus, ut credo, per concordiam.

De illis contractibus mulierum in quibus in Urbe, non obstante Statuto, adhiberi non solent solemnitates.

SUMMARIUM.

- 1 **F**acti series.
- 2 In quibus contractibus solemnitates status requiruntur.
- 3 De salario vel mercede Curialium.
- 4 An, & quando haeres dicat de nullitate contractus defuncti.
- 5 De eodem de quo n. 2.
- 6 De invalidis actibus inter Medicum, & infirmum, vel rem, & Iudicem, sive Causidicum, & Clientem.
- 7 Ad quid prosit questio an statutum procedat in omnibus contractibus, vel solum in quatuor, de quibus loquitur.
- 8 De eodem, & quomodo id intelligendum sit.
- 9 Admonitio super modo intelligendi, & practicandi leges.

D I S C. XLV.

DE ann. 1650. N. Vidua conduxit operam Vincentii caularum Patroni pro ejus activis, & passivis causis peragendis cum quadam mensura vel annua conventa mercede, iuxta consuetudinem in Procuratoribus, & Sollicitatoribus frequentem; In Advocatis autem nimum taram, penesque abolitam ex insinuat *disc. 46. in relat. Cur. factoque plurimum annualitatum cumulo, cum solemnitatibus statuti 151. in solutum ei dedit per actus geminatos domum, & apothecam, pro quarum venditione haeres dicitur mulieris, quae donec vixit nullum fecit impugnationis actum, iudicium instituit coram Praelato Iudice deputato Sancti Spiritus (incertum est qua ratione competente) incertumque est causae exitus, dum post unicum informationem, amplius de ea actum non audivi, ideoque probabile est quod fuerit per concordiam.*

Auctor fundamentum erat in eo, quod licet in alienatione adhibita fuissent solemnitates materiales consistentes in decreto Iudicis, & interventu proximiorum, deerat tamen melior solemnitas formalis causae utilis, vel non damnosae, iuxta plures enunciata opinionem, cum qua hodie vivitur, dum prima conventio ex qua debitum resolutabatur, & in cuius causam alienationes factae erant, eidem carebat solemnitatibus, quas scribentes pro actore necessa-

rias esse dicebant, nam hodie extra controversiam receptum est, quod dictum statutum, quamvis in verbis loquatur de quatuor contractibus nempe de pactis non petendo, refutationibus, quietationibus, & donationibus, adhuc tamen, istis demonstrativè, non autem taxativè enunciatis, locum habeat in omnibus aliis contractibus, & actibus, in quibus mulier vel minor laedi potest, ac propterea magis receptum est, ut etiam in aditione haereditatis occultante quasi contractum habentem potentiam laesionis, & praerogationis, eadem solemnitates requirantur ut in praecedentibus, & alibi pluries advertitur, atque sunt propositiones hodie in Curia praesupponendae.

Pro Causidico reo convento scribens, quamvis genium nimium abhorreat, ac damnet hujusmodi mercedem cumulosam, pro quibus Curiales a Clientibus, & praesertim mulieribus, vel minoribus, aut idiotis capent bona, ut insinuat *d. disc. 46. in relat. Curiae*, adeo mihi placeret statuere idem, quod disponitur per Regiam pragmaticam vulgo nuncupatam de anteptho Regni Neapolitani *registrat. sub tit. de donat. propter nupt.* circa illam mensuram assignationem, quam viri uxoris facere solent, ut non nisi pro unico anno competat actio; Sive laudarem illam praerogationem, quam in famulorum, & operariorum salario induxerunt quaedam statuta ex relatis per *Surd. dec. 24. Ann. singular. 422. Androel. contr. 245.* cum aliis per *Zacch. de Sal. quaest. 105.*

Nihilominus quoad ea quae juris sunt, dicebam etiam in sensu veritatis, quod nisi extrinsecè accederent circumstantiae quae fraudem, & conventionem redolerent, pro ipso reo absolvendo responderi deberet, cum ipsae alienationes haberent jam statuti solemnitates, prima verò conventio, ex qua debitum oriebatur, cum successiva praestatione servitii iustificatum, illis non indigeret.

Ad id autem ita sentiendum me principaliter impellebat illa valde considerabilis circumstantia in praecedentibus, & alibi pluries considerata quod scilicet ipsa mulier veritatis conscientia nunquam vivens conquesta est; Quamvis etenim, stante decreto annullativo statuti per quod ejus forma non servata contractus pro infecto habendus est, verus in puncto juris, magisque receptum sit, ut etiam ad haeridem transmittatur ista actio; Attamen circumspicivè in hac materia procedendum videtur, quando ista accedat circumstantia, quod scilicet ipse principalis contrahens donec supervixit, non reclamaverit neque impugnaverit, nullumque contradictionis actum fecerit, non quidem ut ista acquiescentia simpliciter, & de per se apta sit revalidare actum ab initio invalidum, dum ex pluries insinuat, ac recepta conclusione ad hunc effectum requiritur nova positiva explicita vel implicita voluntas cum requisito scientiae utilitatis, tam facti, quam juris, iuxta nimum frequentes, ac notorias decisiones, sed ut non generaliter in omni casu patiformiter in hoc procedendum sit, & regulandum potius veniat arbitrium seu iudicium ex singulorum casuum circumstantiis, ex quibus ad bonam, vel respectivè malam fidem inferatur, quoniam iniquum, ac irrationabile videtur, ut muliere vel minore facta majori acquiescente, quae veritatis conscientia se debitoricè, agnoscat, quodque actus esset sincerus, adeo ut ejus anima alias gravata remaneret, ita praeter ejus intentionem, contra bonam fidem, ac veritatem, ab ipso vivente agnitam, haeredi ad lucrum, & locupletationem, ex quodam indifferetio, & irrationabili rigore, licetum esset improbare illum actum, quem principalis dante vixit semper approbavit, ejus animam ita gravando, ideoque ut saepius advertitur, hu usmodi leges in spiritu, vel in ratione magis quam in littera attendi debent, respiciendo scilicet ad finem, ob quem conditae sunt, & a controversis casibus congruat, necne illarum ratio, ut quandoque licet raro per Rotam practicum habemus praesertim *dec. 495. p. 13. rec. & in aliis sup. dec. 32. & seq. & in aliis advertitur.*

Verum ubi etiam, hujusmodi consideratione neglecta, cum summo rigore procedendum esset, adhuc tamen dicebam, quod solemnitates non essent necessariae ex qualitate contractus, in quo ex communi usu hujusmodi solemnitates ratione currentis commercii adhiberi non solent, eodem modo quo non adhibentur in locationibus, & conductionibus domorum, & in conventionibus pro salariis, & mercedibus famulorum, vel operariorum, sive in emptionibus, & venditionibus mobilium usualium, vel fementationum, concernentium vitium, & vestitum, alioque currentes usus, ob nimum incommodum, quod commercio pararetur; Ideoque idem dicendum esset in hac specie conventionis, cui eadem in omnibus ratio congruit; Quamvis enim iste actus aliquam

quam habeat majorem suspicionem ob depravatam conditionem eorum quibus tabularum forensem potius quam Curialium nomen congruit, ut advertitur *d. disc. 46. in relat. Cur.* Attamen id procedere quidem debet praedictam contumeliam prohibitionem, sive hujusmodi contractum a professionis exercitio extraneorum irritationem ex eisdem rationibus de quibus *sub tit. de test. disc. 51. ubi de Medico vel Iudice, & aliis ibi enunciatis, non autem ex isto capite non adhibitarum solemnitatum, cum rationabiliter ex subiecta materia non sit in usu.*

Ad hunc autem effectum ponderabam verba statuti restricta ad dictos quatuor contractus, adeo utque ad initium currentis saeculi sub dubio nimum esset, an extra illos servandum esset, quod cum accerrimis disputationibus actum fuit, ut patet ex tot discursibus, ac votis, & decisionibus registratis per *Fenzon. ad idem Statutum 151.* pleurisque procedentibus, cum statutorum regula de qua in eorum peculiari sede de *succession. ab intestat. & praesertim disc. 15. & dec. 35. de iudic. super eorum stricta, & rigorosa intelligentia ad litteram, sive ad limites verborum, quacumque prohibita extensione, rationis identitate quinimo majoritate neglecta.*

Quamvis autem (& quidem probabiliter) ex magis communi sensu decium fuerit, ut demonstrativè potius, quam taxativè praestati quatuor contractus exprimerentur, ideoque in omnibus aliis quibus eadem ratio congruat, statutum attendi debeat, & possimè ob aliquam retroactam observantiam, tamquam interpretem; Attamen id nimum considerabile in hoc proposito dicebam ad dignoscendū id quod supra insinuatum est, quod scilicet nostri Majores, non in littera, sed in spiritu illud intellexerunt; Et consequenter quod eodem sensu retento trahi non debet ad illos actus quibus non assisteret, sed potius resisteret, non solum observantia, sed etiam ipsa ratio commercii, eodem modo quo ut supra in locationibus, & conductionibus domorum, alioque usualibus contractibus praxis docet, Atque exinde moneri debent Iudices Christianiorum rationabilium potius quam Iudeorum litteralium stylium in hujusmodi legum intelligentia, & praxi adhibere, in spiritu scilicet vel in ratione potius quam in littera, non autem generales propositiones omnibus casibus indefinitè, & pariformiter applicare, nullatenus ad diversas circumstantias bonam vel respectivè malam fidem arguentes reflectendo quo nil detestabilius, nilque ineptius, ut etiam pluries in praecedentibus, & praesertim *disc. 33. & disc. 35. de iudic. & alibi advertitur.*

ROMANA CENSUS
PRO JACOBO DRAGONDELLIO
CUM FRANCISCO.

Casus disputatus in Tribunalia Fabricae resolutus pro Jacobo, & postea concordatus.

De obligatione mulieris, an & quando exigat causam ex statuto 151. Et an ille, qui autorizavit actum tamquam curator, possit illum impugnavere tamquam haeres mulieris.

SUMMARIUM.

- 1 **F**acti series.
- 2 Tutor, vel curator non impugnavit actum gestum cum ejus auctoritate.
- 3 De eadem conclusione, quando & quomodo procedat.
- 4 Quae considerationes in hoc proposito fieri debeant.
- 5 De differentia inter Curatorem generalem, & particularem.
- 6 De eadem conclusione de qua n. 2.
- 7 De alia consideratione habenda in regulatione contractuum minorum, & multorum super intelligentia Statuti.
- 8 Attendi debent opiniones cum quibus vivebatur de temporis actus.
- 9 De eodem de quo n. 7.

D I S C. LXVI.

IMpositi mulier de anno 1639. Censum cum decreto Iudicis, & cum interventu Curatoris, loco proximiorum, atque donec vixit nullum fecit impugnationis actum; Cumque ejus defunctae haereditas obvenisset in Franciscum qui fuerat Curator in contractu, pulsatus ille per credito-

rem, vel ejus cessionarium coram Iudice Fabricae, cojus erat subditus atione muneris, opposuit de nullitate actus, ex eo quod causa narrata non verificaretur in parte; ideoque non constaret quod contractus fuisset utilis, vel saltem non damnosus mulieri, iuxta opinionem, cum qua hodie proceditur ex pluries supra insinuat; Sed hoc non obstantè pro creditore iudicatum fuit; Cumque in alia instantia per Iudicem a Congregatione deputatum aliquè haberentur difficultates super formalitate solemnitatum materialium, quod scilicet mulier haberet quendam conjunctum non citatum, id concordiae ansam dedit.

Quatenus itaque pertinet ad praesens defectum causae, super quo pro creditore scripti (cum alter defectus in alia instantia excitatus, haberet solam inspectionem facti); Ex duplici fundamento dicebam, etiam cum aliquo sensu veritatis, respondendum esse pro creditore; Primo nempe quod ubi etiam contractus impugnabilis esset per ipsam mulierem, vel etiam per alterum ejus haeridem, non tamen impugnari posset per ipsum reum conventum, in quem haereditas obvenerat, dum contractum auctora verat, tanquam curator; Tum ex auctoritate firmitatem quod contractus initus per minorem vel per pupillum impugnari quidem potest ab ipso principali vel ab alio successore, ejus personam, & iura representante, non autem per Tutorem, & Curatorem, quid doli exceptione repellit potest, ex deductis per *Menoch. conf. 58. n. 36. Maltril. dec. 287. n. 42. & seqq. add. ad dec. 510. n. 24. & seqq. p. 5. rec. Dunozet. dec. 611. n. 1. & seqq. repetit. dec. 42. post Merlin. de pignor.*

Tum etiam ex nimum probabilis ratione, quae sola sufficere deberet, ubi etiam legales auctoritates non haberemus, vel quod illae non percuterent casum praesentem Curatoris particularis adhibiti pro sola formalitate ad satisfaciendum statuto, absque eo quod le obligare una cum minore vel muliere, & cum quo praesupposito suae obligationis loquuntur dictae auctoritates, quod scilicet cum ipse curator, iuxta solitum formularium, afferat Iudici, qui ejus magis quam mulieris fidem sequitur, quod contractus non tenderet in damnum, sed potius in utilitatem mulieris, afferendo causam esse veram, ita alter contrahens, quae fidem quoque sequutus est; Ac propterea resultaret inconveniens in iure damnatum, & de quo praesertim habetur *sub tit. de censibus, occasione agendi de censu imposito super fundo non suo, vel non capaci, ut mendax commodum resportaret ab ejus mendacio, & falsa asseritione contra innocentem, qui ejus fidem sequutus est.*

Ponderando in idem qualiter personarum, ac etiam effectum ad quem de hoc agebatur, quoniam creditor ad cuius favorem census impositus fuerat erat persona simplex, & idiota, in qua nulla fraudis, & captiosis suspicio cadebat, cum fors verè, & effectivè tradita fuisset, & e converso curator aliquam habens attentionem cum muliere impositrice census, erat Causidicus de illo parum commendabili ordine, qui recentetur *disc. 46. in relat. Curiae*, dum vacabat muneri unus ex Procuratoribus Fabricae, quod in Curia sufficit indicare pro ejus qualitate exprimenda.

Ac etiam circa effectum, quod non agebatur de illa actione doli, quae alteri contrahenti cum pupillo, vel cum minore impugnavit actum quandoque competit contra Tutorem, vel Curatorem, adeo ut per quandam speciem poenae damnificatus de proprio remanere debeat; Et quo casu strictius procedendum est circa probationem doli, & deceptionis; Ac propterea praxis nunquam id docet, praesertim contra istos Curatores particulares pro quadam formalitate adhiberi solitos, quamvis nimum commendabile atque Republicae expediens videretur ut hujusmodi Curatores, ac etiam Iudices, qui cum nimia facilitate, nullatenus advertendo ad finem, ad quem adhiberent interponunt decreta, contenti solum propina, sed emolumento, uni vel alteri contrahenti referent ut id quod interest, quodies ex parte alterius contrahentis non concurrat probabilis suspicio doli, & fraudi.

Sed idem Curator contentebat potius de lucro captando, & de se locupletando de alieno, quoniam possidens bona haereditaria debitoricè, quae veritatis officia bonam fidem agnoscendo, donec vixit nunquam conquesta est, nullumque fecit impugnationis actum, ita ab hoc onere, se eximere satagebat, ut de curatore possidente bona principalis habebat per add. ad dictam *dec. 510. p. 5. rec.* Itaque ac similes considerationes a Iudicibus praecipiendi haberi debent, hujusmodi causas regulando, & decidendo potius cum circumstantiis facti quam cum generalibus propositionibus, & cum judicis formalitatibus Juristarum, ut pluries in pra-